COMMENTARII DE REBVS IN SCIENTIA NATVRALI ET MEDICINA GESTIS.

VOLVMINIS XXII. PARS III.

LIPSIAE MDCCLXXIX.
APVD IOH. FRIDERICVM GLEDITSCH.

Venduntur etiam
Lugduni Batauor. apud Frarres Luchtmann, Londini apud Fr. Elmsly
Venetiis apud I. B. Paſcali, Romae apud St. Richard, Aug.
Taurinor. apud Giraud et Gravier.

I.

Noua acta Regiae Societatis ſcientiarum Vpſalienſis. Vol. II. Vpſaliae, ap. Io. Edmann. Reg. Acad. Typog. anno MDCCLXXV. 1 Alph. 16 plagg. 4. tabb. aen. 9.

Noſtrum ducimus pergere in indicandis actis celebris huius Societatis, ea, qua ſupra *) fecimus, methodo.

1. *De diuerſa origine Finlandorum et Lappo-* p. 1.
num obſeruationes SIMONIS LINDHEIM, *hiſtorico philoſophicae.*

2. *De nummis Gothorum extra Suiogothiam.* p. 40.
Auctore CAROLO RENALDO BERCH.

3. *De nummis Arabicis in Suiogothia repertis,* p. 79.
disquiſitio CAROLI AVRIVILLII.

4. *De acido aëreo commentatio* TORBERNI p. 108.
BERGMANN. Cl. Auctoris ſententia ſuper hac re, a PRIESTLEYO in altera commentarii ſui de aëre editione commemorata, et actis Regiae Scientiarum Academiae Holmienſis breuis de eadem materie Auctoris expoſitio inſerta quidem eſt: nunc tamen accuratiſſimum huius doctrinae examen

*) v. comm. noſtr. Vol. XXI. p. 191.

experimentis et obſeruationibus firmatum exhibet.

Ex duplici ſenſu, quo aëris fixi adhibetur denominatio, vel latiori, vel anguſtiori, poſteriori hic vtitur. Late ſumitur pro omni fluido elaſtico quod ſub corporum decompoſitione in medium prodit, quocunque demum medio eliciatur, et cuiuscunque praeterea ſit naturae. Anguſtiore ſignificatione eam denotat ſpeciem, quae alcalinis terris et ſalibus ineſt, igne vel acidis extricanda et quae ſub fermentatione e multis vegetabilibus copioſe erumpit. Haec depurata acidum prodit indolem, ideoque *acidum aëreum* a Cl. Auctore vocatur.

Iam triplicem methodum, qua purus aër fixus obtineatur, igne, acidis, et fermentatione vberius deſcribit, et inſtrumenta tabula aenea depicta tradit.

p. 113. Aër fixus purus acidi qualitates omnes oſtendit. 1. cum aqua facile vnitur. Grauitas ſpecifica aquae, quam dicit *aëratam*, ſ. aëre fixo impraegnatam, reſpectu deſtillatae eſt, vt 1, 0015 ad 10000: thermometro gradum + 2 monſtrante. Subtiliſſima haec aura vero etiam in libero aëre, qua magnam partem iterum auolat, idque citius in ratione incaleſcentis maſſae: interim quo minuitur magis, eo retinetur reſiduum pertinacius, vt ſemihorae coctionem poſtulent vltimae reliquiae. Congelatio eandem promte et penitus ſecernit.

Deinde aquae vnitus aër fixus huic debilem gratam, et titillantem aciditatem communicat. Eſt haec genuinus aquarum mineralium frigidarum ſpiritus, qui acidulis nomen dedit, et mediante quo, additis iuſta proportione ſalibus conuenientibus, Selteranas, Spadanas et Pyrmontanas per-

perfecte imitari licet: et qualibus sexto iam anno Cl. Auctor fruitur insigni sanitatis emolumento.

Tincturam heliotropii coeruleam distincte rubat; color vero rufus in vase aperto cito euanescit. Aliorum vero succorum coeruleorum colorem mutare nequit aër fixus. Sic quoque aqua aërata, ab omni peregrino liberata acido, papyri heliotropio coeruleo tinctae colorem non mutat: oleo, quod partim subtilissimi acidi sufficiens moles planum superficiem attingere nequeat, partim quod hoc volatilitati absque remora hic obedire possit.

Si alcali vegetabile aëre fixo impraegnatur, sal p. 118.
obtinetur, quod in crystallos abit prismaticas, quadrangulas, apicibus vtrisque e duobus triangulis inuersis, tecti instar conniuentibus, formatis. Crystallisatae neque in aëre humido deliquescunt, neque in sicco fatiscunt, et Cl. Auctori *alcali vegetabile aëratum* audiunt. Alcali fixum minerale, aëre fixo plerumque ita onustum reperitur, vt absque vltiore eiusdem accumulatione in crystallos cogi possit decaëdras vel octaëdras apicibus oppositis truncatis. Si vero calcis vstae ope causticitatem adquisierit, eodem modo, ac vegetabile, satiari potest. Crystallorum recentium 100 partes continent aëris fixi 16, aquae 64, et alcalini puri 20; oleo vt 100 partes alcali puri aëris fixi 80 ad saturationem requirant: contra aequale alcali vegetabilis pondus non nisi 42 adsumit. Nam in genere salium simplicium naturam esse demonstrat eam, quae, validiores fuerint, ad satietatem minore egent quantitate.

Alcali volatile causticum aëre fixo mitigatur, p. 124.
quodam modo figitur et ad crystallisationem fit promtum. Terra spathi ponderosi aëri fixo vnita est: vt vero Cl. Auctor hanc vnionem intimius cognosceret, volatile menstruum vstione expulit, residuo aquam

affudit, quaſſauit, et deinde percolatione facta in libro aëre ſuperficiem cremore tarde veſtitam vidit; quidquid ſolutum erat hac via, eodem, quo cum aq calcis accidit, modo ſeparabatur. Centenarius continet aëris fixi 5, aquae 30, et terrae ponderoſae purae 65 partes. Aqua terrae huius $\frac{1}{500}$ ſui ponderis ſuſcipit, eaque onuſta mercurium ſublimatum corroſiuum deiicit flauum, dulcem nigricat, colores vegetabiles, vt aqua calcis, mutat. Haec terra aëre fixo ſaturata aquam vulgarem vix, ſed aëratam facilius ſubit, quae $\frac{1}{1350}$ ſui ponderis arripit. Atque haec ſolutio papyrum fernambuco illitam reddit coeruleam, heliotropio vero tinctam ſaturatiorem efficit, tincturam huius vero abundans menſtruum rufat.

p. 126. Spathum calcareum igne ponderis $\frac{45}{100}$, et efferueſcendi facultatem in acidis amittere, acritatem vero et ſolubilitatem adquirere teſtantur experimenta: quam mutationem ſic explicat: vi ignis expelli $\frac{34}{100}$ aeris fixi, et reliquas $\frac{11}{100}$ aqua conſtare cryſtalliſationis. Quam analyſin ſyntheſi confirmat. Calx aërata ſuperfluo aëre fixo eo perducitur, vt facilius ab aqua ſuſcipiatur. Totam igitur inter calcem crudam et viuam diſcrepantiam ex praeſentia vel abſentia aëris fixi et aquae cryſtalliſationis pendere putat.

p. 131. Magneſiam albam ſalina indole gaudere natur, cum in calore moderato ponderis ſui $\frac{1}{250}$ ſolunt aqua deſtillata. Analyſi etiam terra peculiaris, aëre fixo et aqua ſaturata obtinetur. Centenarius eiusdem 25 partes aëris fixi, et 30 aquae cryſtalliſationis continet.

p. 133. Argilla pura i. e. terra aluminis ab aëre fixo vix attingitur: omnino tamen ab eo non reſpui, ſi tenera ſatis et diuiſa ſit, aluminis probat praecipitatio,

pitatio, alcali aërato facta. Silicea terra aëris fixi omnem eludit vim.

In ſtatu elaſtico aër fixus nullum ſoluit, nec corrodit metallum, niſi forſan ſub calcinatione; aquae vero vnitus aggreditur ferrum, zincum, magneſium ſ. magneſiam nigram. Ex reliquis p. 136. nonnulla, praecipitationis momento, ſubtiliſſime diviſa, aquam aëratam ſubeunt. Cobaltum depuratum et niccolum interdum ſolutionis ſigna praebent.

Liquores inflammabiles aërem fixum auide p. 137. abſorbent; cum phlogiſto puro autem aegre coniungitur aër fixus, fieri tamen videtur vel per ſcintillas electricas, in aëre fixo crebro elicitas, vel per ferrum ſulphuri admixtum madefactumque in aëre fixo fermentans. In vtroque caſu aër fixus phlogiſto ita oneratur, vt dein aquae reſpuat vnionem.

Aer fixus deïcit, alcalibus puris ſoluta, ſulphur, hepar, et hepar volatile ſ. ſpiritum fumantem ſulphuratum BEQVINI. Liquor ſilicum in aëre libero demittit terram ſiliceam, quod aëre fixo per illum enatante breui perficitur. Sapo aëre fixo aegre decomponitur. Cuprum alcali volatile aëratum adgreditur aeque, ac purum.

His praemiſſis gradus intenſionis eruere ſa- p. 139. tagit. Atque vidit experimentis ſequentem eſſe attractionum electiuarum ſeriem pro acido aëreo. Terra ponderoſa pura firmiſſime retinet acidum hoc, deinde calx pura, poſt alcali fixum vegetabile, tum minerale, vtraque pura, haec ſequitur magneſia pura, hanc alcali volatile purum, poſtea zincum, deinde magneſium, denique ferrum. Alia vero ratio eſt huius attractionis, ſi hae materiae iam aëratae ſecum vniantur, quam vocat attractionem electiuam duplicem. Nempe alcali volatile purum e. g. nec terram ponderoſam, nec calcem, nec

magneſiam acido quodam vulgari ſolutas praecipitare valet: quod alcali volatile aëratum promptius praeſtat. Nam alcali volatile minori vi omnem appetit acida, quam calx: itaque hoc ſale pure nulla peragi poteſt decompoſitio; ſi vero aëre fixo eſt imbutus, quarta aduenit materia commercium calcis ambiens, vt duplici vi ſimul diſtrahatur ſal calcareus; altera nimirum alcali puro competente, acidum ſollicitatur, altera vero aëri ſuae propria, calx pura, et hae vires vnitae priſtinam binorum principiorum cohaeſionem ſuperant. Calces metallorum ignobilium, via licet ſicca parantur, praeſertim vetuſtae, aëre fixo non carent.

p. 147. Iam cum ex his acida aëris fixi natura ſatis demonſtretur, *acidi aërei* ſ. *atmoſphaerici* nomine eum inſigniri mauult, cum vbique terrarum eiusdem magna adſit copia: quin imo ipſius aëris vulgaris principium quoddam proximum conſtituere videtur, vti PRIESTLEYVS coniicit. Obſtant tamen huic opinioni tentamina, in quibus, mediante phlogiſto, fluidum aëreum itidem mutatur, idque ſine vllis aëris fixi liberati indiciis.

p. 152. Recenſet etiam experimenta, quibus probatur, aciditatem aëri fixo eſſe eſſentialem. Grauitatem ſpecificam acidi aërei ponit 0, 0018, aëris vulgaris depurati 0, 0012: vt igitur aër fixus vulgarem $\frac{6}{10000}$ circiter ſuperet.

Noxia cauernarum quarundam aura eiusdem eſt naturae, atque acidi aërei. Ex grauitate vero acidi aërei colligit infima atmoſphaerae ſtrata hoc magis abundare, quam ſuperiora. Ex his patet, cur loca altiora in genere ſint ſalubria. Neque ſemper eiusdem eſt tenacitatis acidum aëreum, cum quasdam particulas aqua lubentius, alias ſegnius abſorbeat.

Acidum

Acidum aëreum ignem exſtinguit; imo ani- p. 156.
malia enecat, quae poſt mortem pulmones colla-
ſos non in aqua ſubſidentes, pluribus locis inflam-
matos offerunt. Cor, animali calente, extractum
nullo modo ad motum excitari potuit.

5. *Diſquiſitio de attractionibus electiuis*, *Au-* p. 159.
ctore EODEM. Leges, quas attractio in ſuis ope-
rationibus ſequitur, hic diſquirit. Attractionem
mundanorum corporum *longinquam;* illum vero
vnionem niſum, qui inter quaeuis corpora in
telluris ſuperficie vicina, attractionem *propinquam*
nominat: atque hae aliis legibus adſtrictae videntur.
Attractionum propinquarum plures diſtinguit
ſpecies: 1. attractionem *aggregationis*, ſi materiae
homogeneae ad vnionem tendunt, quo maior
maſſa procreatur. 2. *compoſitionis*, ſi heterogenea
miſcentur, et qualitas mutatur: quae, dum inter
duo pluraque ſimpliciter vniendo exercetur, 3.
attractio *ſolutionis* ſ. *fuſionis* vocatur. 4. inter tres
relatiue cum vnius excluſione *attractio ſimplex ele-*
ctiua. 5. inter duo compoſita, quorum quodlibet
duobus tantum conſtat principiis proximis, ſub
mixtione permutandis, *attractio duplex*. Vltimae
binae in ſequentibus praecipue examinabuntur.
Prius inquirit, an attractio pendeat a rebus p. 162.
ſolum circumſtantibus, vel an earum ſit certus et
ſtabilitus ordo: atque experientia probari ait, plu-
rima phaenomena de conſtanti ordine teſtari, etſi
quoque nonnulla ſint, quae a conſueto ordine
videantur declinare. Sic caloris varia intenſio
corporum affinitates vel infringit, vel omnino in-
vertit; in iis caſibus, vbi idem gradus nonnullas
materias prae aliis notabiliter volatiles efficit.
Attractio duplex electiua alias leges habet, p. 166.
quae, niſi attendatur et a priori diſtinguatur, vi-

detur exceptionem a conſtanti ordine conſtitu-
re, pro qua tamen habenda non eſt. Sic ta-
ta, ne quidem vſta, tartaro vitriolato aqua
luto addita, nullam efficit decompoſitionem:
ſi cretae ſolutioni inſtillatur acidum vitrioli,
iicitur gypſum. Si vero creta alio acido mi-
rali prius fuerit ſoluta, quatuor in ſcenam pro-
deunt ſubſtantiae, et quod antea efficere non po-
tuit, acido ſibi vnito adiuta valet. Explicat ha-
vberius Cl. Auctor ſchemate, in quo tartarus v
triolatus ſ. alcali vegetabile vitriolatum et calx ab
do ſalis ſoluta eidem immiſcentur aquae; id quo
idem eſt, ac ſi quatuor hae materiae ſeparat
aquae iuſta ratione immiſcerentur ita, vt nunquam
bina acida in eadem horizontali linea collocarentur;
inde fit, vt maior ſit ſumma attractionum inter ea
quae horizontaliter, quam quae verticaliter ſunt
oppoſita, ideoque attractio inter alcali fixum et
acidum ſalis, vna cum attractione inter acidum vi-
trioli et calcem maiorem efficiunt ſummam, quam
attractio inter alcali fixum et acidum vitrioli, vna
cum illa, quae inter acidum ſalis et calcem locum
habet. Haec quoque aliis exemplis comprobat.

Si metalla, acidis ſoluta, aliis deturbantur me-
tallis, id duplici abſoluitur affinitate, quam phlo-
giſton efficit. Si alterutra materies ſenſim priſti-
nam mutat indolem, eiusdem attractiones etiam
mutabuntur. Hinc acido marino e baſi alca-
lina expellitur acidum nitroſum, inde quoque
arſenicum album in deſtillatione decomponit ſalia
neutra, quae acido ſcatent nitroſo; non vero
ea, quae marinum continent. Subiungit hic quae-
dam de ferri in acido vitrioli ſolutione.

p. 174. Ex ſolubilitate etiam anomaliae apparent.
Sic alcali fixum minerale acidis vnitum ad ſatieta-
tem et aqua ſolutum, addito alcali vegetabili puro
manet.

manet in ſolutione limpida, nullaque congruma-tio, neque vlla obſeruatur praecipitatio. Inde illi putarunt, alcali minerale non praepollere vi attractiua prae vegetabili. Neque, ſi alcali mine-rale ſede extrudatur, ſolutio turbabitur, cum idem ſit per ſe ſolubile, neque limpiditatem impediat. Itaque ex hoc phaenomeno nihil ſequitur. Si vero ſolutio vaporet, reperietur tandem alcali mine-rale liberum ſeorſim cryſtalliſatum, praetereaque ſal neutrum pro natura acidi, quod examini fue-rit ſubiectum. Sic etiam metalla quaedam ex acidis deiecta nimio alcali facile iterum ſolutione euaneſcunt. Si materies ſede extruſa nouam ſol-uit combinationem, nouum adeſt impedimentum, quo decompoſitiones celantur. Pertinent huc praecipitationes ex ſubducta ſolutionis aqua, addita materie, quae combinationem priſtinam non mu-tat, aquam tamen eidem eripit, ſi vtrique ſimul non ſufficit, vnde in paruas cryſtallos, inſtar prae-cipitati, ſubito concreſcit: quae quidem acido vi-trioli probe concentrato fiunt, ſi iuſta doſi inſtillatur ſolutionibus ſalium, quos aqua difficulter ſuſcipit, et quorum principia proxima acidum vitrioli diſtra-here nequit.

Ex copula trium materierum quarundam hae p. 176.
anomaliae oriuntur, vt coaleſcant tres ſine exclu-ſione vllius; quod incommodum inprimis via pre-mit ſicca: nam terrae tam inuicem, quam cum ſalibus mixtae, et pleraque metalla colliqueſcunt. Idem ſaepe valet de quatuor ingredientibus.

Sales neutri determinatam acidi abundan-p. 167.
tiam recipere poſſe, atque ex eadem anomalias ſe-qui exemplis probat, e. g. ſoluatur tartarus tarta-riſatus patuxillo aquae deſtillatae, inſtilletur dein acidum tartari, mox materia ſpongioſa alba fun-dum petet, quae verum praebet tartarum. Cauſſa

huius

huius mutationis ex natura materiarum
Eſt tartarus alcali vegetabile, plus acidi,
ad ſaturationem opus eſt, continens; quod ſi
cali vegetabili addito, tollas, habebis
tartariſatum, qui quidem a tartaro ſola
rum proportione differt, vnde maxima,
quoad ſolubilitatem, oritur diſcrepantia.
modo ſe habet ſal DE SEIGNETTE, et ſal
Eodem modo explicat Cl. Auctor experim
quod 1760 diuulgauit Cl. BAUME', qui illius
parere exiſtimat, tartarum vitriolatum
nitri poſſe decomponi. Sic quoque baſes
terreſtres, et metallicae nonnunquam
limites transgrediuntur.

p. 182. Iam accedit ad determinandas attract
electiuas ſimplices: et primo methodum,
eas determinandas vſus eſt, deſcribit, deinde
vam attractionum tabulam condit; quae
30000 exquiſita requirit experimenta, ſi
ctionem quandam adtingere debet. Quae,
vnius viri labore vix perfici poſſint, Cl.
obſeruationes, a ſe hactenus factas, profert,
que chemicos, vt eidem rei perficiendae
dent, inuitat.

p. 186. Supremum tabulae ſtratum, quemadmod
dicit Cl. Auctor, continet 50 rectangula
taliter diſpoſita, exhibentia 50 diuerſas
ſignis indicatas vel cognitis, vel nouis.
ſtantiae ſunt 1. acidum vitrioli, 2. acidum
trioli phlogiſticatum, 3. acidum nitri, 4. acidum
tri phlogiſticatum, 5. acidum ſalis, 6. acidum
dephlogiſticatum, 7. aqua regis. 8. acidum
ris mineralis, 9. acidum arſenici, 10. acidum
cis, 11. acidum ſacchari, 12. acidum tartari. 13.
dum acetoſellae. 14. acidum citri. 15. acetum
latum. 16. acidum formicarum. 17. acidum
ri. 18.

18. acidum aëreum. 19. alcali fixum vegetabile pu-
20. alcali fixum minerale purum. 21. alcali
ile purum. 22. terra ponderoſa pura. 23.
pura. 24. magneſia pura. 25. argilla pura.
terra ſilicea pura. 27. aqua. 28. aër nudus.
phlogiſton. 30. ſulphur. 31. hepar ſulphu-
ſimum. 32. alcohol vini. 33. aether. 34.
m eſſentiale. 35. oleum vnguinoſum. 36.
um. 37. platina. 38. argentum. 39. hydrar-
. 40. plumbum. 41. cuprum. 42. ferrum.
ſtannum. 44. wiſmutum. 45. niccolum. 46.
cum. 47. cobaltum. 48. zincum. 49. an-
nium. et 50. magneſium.

Hae ſubſtantiae ſunt quaſi capita, quaeque
columnae verticali, ad quas ſingulae inferio-
ita referuntur, vt quo propiores, eo etiam
itate vel attractione ſint validiores. Luben-
tabulam hanc affinitatum ſubiungeremus, niſi
ius ratione impediremur. Ideoque neque
m harum ſubſtantiarum affinitatem indicare
ſumus, ſed ad ipſam tractationem Lectores
ittere neceſſe eſt. In explicatione, 8 plagulis
enta, obſeruationes lectu digniſſimae offerun-
et ardua haec doctrina multis nouis augetur
ntis. A quibus recenſendis eo maiore iure
emus, quum Cl. Auctor ſub finem diſſerta-
polliceatur, ſe hanc diſquiſitionem denuo
mque edendam curaturum, et neceſſariis ex-
ationibus nouisque obſeruationibus ditaturum

6. *Obſeruationes macularum varii generis in* p. 247.
Iouis et coniunctionum inferiorum ſatellitum eius,
in Obſeruatorio Stockholmenſi a PETRO
ARGENTIN.

7. De

p. 267. 7. *De motu Cometae* anni 1770 ab ERIC PROSPERIN.

p. 283. 8. *Cycas Caffra deſcripta a* CAROLO PETR THUNBERG. E Promontorio Bonae Spei tra miſſa d. 1. Maii 1774. Hottentotti, nunc in v teriorem partem Africae conceſſi, agricultur nullam operam dant, frugibus ideo pane parand deſtituuntur: hinc bulbos varios effodiunt, quib veſcuntur. Eſt in hac terra magna bulboſarum pla tarum copia; vt Ixiae, Gladioli, Iridis, Mora Ornithogali, Cyanellae, aliarumque. Aliis Ho pulis, *Nomaquas* dictis et Caffris Milii genus eſ cuius ſemina in farinam contuſa ad panificium ad hibent. Aliis familiare eſt e Palmae cuiusdam m bore elicitam medullam tractare ita, vt panes quodammodo nanciſcantur. Huius arboris de
p. 284. ſcriptionem et iconem tradit. Dicitur *Cycas Caf fra*, foliis pinnatis, pinnis lanceolatis, petiolis a ermibus. Creſcit in decliuibus montium collium que. Floret Auguſto. Eſt planta diphyta. *Ma ri*, calyx. Amentum ſtrobiliforme, ouatum, gra de, pedunculatum ex apice radicis vel trunci ex creſcens, erectum. *Squamae* ſubtriquetrae, ap theris tectae. *Corolla* nulla. *Filamenta* nulla *Antherae* ſeſſiles, confertiſſimae, ouatae, ſupra rima longitudinali dehiſcentes, vniloculares, gla brae, magnitudine milii. *Pollen* album.

Feminae calyx. Amentum vt in mare, ſed grandius. *Squamae* pedicellatae, apice ſubtetra gono, lateribus compreſſis in hamum produ hami pedicello duplo breuiores. *Germina* obtu ſiſſima, poris aliquot intruſis. *Stilus* et *Stigma* deſunt. *Drupa* ſimplex, intra ſingulam ſqua mam libera, oblongo ouata, ſeptemangularis, gla bra, ſenſim inferne attenuata, carnoſa pulpa ru bra,

, apice obtusissima carne denudata nucleum ntinens. *Nux* ouata, triangularis, vnilocula- *Nucleus* albus, solidus.

Truncus arboris lignosus, sed fragilis. Me- la in eo continetur satis crassa, eaque, simulac ruta fuerit, pelli inuoluta in humum defoditur, menses aut longius temporis spatium. Putre- da deinde inter duos lapides pertunditur, et ta aqua in massam subigitur, e qua placentae ntantur, quas sub calente adhuc cinere co- ent.

9. *Ericae tres nouae species descriptae et deli-* p. 289.
neatae a LAURENTIO MONTIN. 1. *Erica passe-* , antheris muticis inclusis, floribus lateralibus riis, corollis campanulatis, calycibus tomen- is, foliis ternis. 2. *Erica Thunbergii* antheris p. 290. uticis inclusis, floribus subumbellatis, corollis globosis inflatis, foliis ternis. 3. *Erica cernua*, antheris cristatis ineluſis, floribus ouatis capitatis, alycibus ciliatis, foliis quaternis. Omnes tres abitant ad Cap. B. Spei, missae a Cl. THUNBERG.

10. *Vita* OLAVI CELSII, S. Theol. Doctor. p. 295
et Profess. Primar. in Academ. Vpsalienſ. et Dioec. Vpſ. Archipraepositi. Etsi iis praesertim, quae Theologum perficiunt et exornant, doctrinis in- eruit; tamen cum a primis annis, vbi sacrum perscrutaretur codicem, obuia loca longe plurima notauerat, quae intelligi ab omni parte nequirent sine herbarum atque arborum, de quibus agunt, certiore cognitione; botanicae et historiae naturali dedit operam. Primum specimen edidit *de Aui-* bus. Dein munificentia Regis Augustissimi CA- ROLI XI mense Ianuario A. 1696 iter literarium instituit per Daniam, Germaniam, atque hic Lip-

siae

ſiae per plures menſes commoratus eſt, Friberg[i]
quoque et Dreſdam aliaque celebria doctori
loca inuiſit. Poſtea Belgium, Galliam, vol. Lu
tiis apud DODARTVM et TOVRNEFORTVM botan
cam coluit, Italiam, Auſtriamque adiit, [Vien]
Vratislauiam, Berolinum, Gryphiswaldiam [et]
ſundam redux Holmiam delatus eſt. Primum m
liebatur opus de *Plantis Biblicis*, Bochartiano Hi
rozoico non impar futurum. Iuuenis igitur AV
BECKIO dum *campos* ederet *Elyſios*, adfuerat, fi
literaria peregrinatione vbique botanicos conſu
hortos adiit et Vpſaliae fixis laribus, non viri
rium modo aluit, ſed et per aeſtates in Vplandi
aliasque patriae regiones geſtiit excurrere. D
de ſolenne habebat botanicae Philologiae dicare
cerpta, quibus completa quinque denſior vo
mina muſeo botanici horti legauit. Sanit
egregia fruitus eſt et per quinquaginta vltra ann
docendi munus ſuſtinuit. Ingraueſcentibus ann
hernia affectus eſt, qua leuata plures annos vix
tandem tamen nullius affligente ſenſu morbi, pl
cide exſpirauit die XXIV Iunii, anni MDCCL
annos natus prope ſex et octoginta. Praet
ſchediaſmata Actis Societ. Vpſal. inſerta, et Bo
nicem ſacram quoque ſpectantia, ex ſcripto
phyſicam ſpectant ſequentia.

Auctarium plantarum Vplandicarum, in Act.
Acad. Holm. 1746.

*Hierobotanicon ſ. de Plantis Biblicis Sacrae Scri
pturae diſſertationes* breues. Vpſal. P. I. 1747.
P. II. 1747. 8.

II.

CARL WILHELM POERNERS, *Churfürſtl. Sächſſ. Bergraths, chemiſche Verſuche und Bemerkungen zum Nutzen der Färbekunſt, Leipzig, bey Weidmanns Erben und Reich*, 1772. 8. *I Theil*, Alph. 1. pl. 10. *II Theil*, Alph. 1. pl. 15. *III Theil*, 1773. Alph. 1. pl. 16.

i. e.

Obſeruata et experimenta chemica tinctoriae artī inſeruientia, Auctore D. CAROLO GVILIELMO POERNERO. Tomus I. II. et III.

Variorum corporum, quibus artifices in tingendis ex lana confectis rebus vtuntur, accuratius examen non poſſe non maximae eſſe ad excolendam hanc artem vtilitatis, res profecto eſt certiſſima et adeo euidens, vt mirari ſatis nequeamus, neminem HELLOTVM vix vllum in eo allaboraſſe, vt tinctoriae arti fundamenta certa, eaque experimentis ſuperſtructa poneret. Etenim cum tinctoria ars ſit profecto quaedam ipſius applicatae chemiae pars, fundamentisque nitatur ex ea ſola petitis: ad intelligendum haud difficile erit, huius ſtudium illi arti fauere, et ad eam augendam multum tribuere. Animaduerterunt autem hunc ſystematis artis tinctoriae defectum alii, qui cum eſſent experti, Cl. POERNERVM multos eam ob rem inſtituiſſe labores, vt corporum tinctoriae arti inſeruientium cum variis additamentis mixtorum ad lanam relationes intelligeret, rogarunt eum, vt hoc in ſe reciperet munus, et ex multiplici ſua experientia regulas erueret, quas artifices poſſent ſequi.

Neque renuit Cl. POERNERVS horum pre
bus, arbitratus tamen eſt, ſyſtematice conſcrip
de hac materie tractatum artificibus, quippe
ſoli experientiae adſueti ſint, obeſſe potius,
prodeſſe. Qua de re id praeſertim Noſter
vit, vt experimenta ipſa cum tingentibus
ribus inſtituta ſollicite enarraret, et ex
ceps demonſtraret, quaenam addenda ſint
poribus media, quibus vel extrahi melius,
altari color poſſit, et quae fugienda?

Diſpeſcuit omnem hanc rem in quatuor
viginti tractatus, quorum primum volumen
continet, in quibus de radice Curcumae longae,
Serratula tinctoria, de Matricaria Chamomilla,
Gallis, de cortice Betulae Alni, et de coloribus
mixtione nonnullorum horum corporum ortis
tur. Secundum volumen in ſeptimo, octauo,
decimo et vndecimo tractatu experimenta cum
Braſilienſi, Sandalo rubro, radice Rubiae tinctorum
Coccionella et Indigo inſtituta complectitur, in
decimo autem de coloribus ex variorum
corporum mixtione productis exponitur. In
tandem volumine ſequuntur in decem tra
bus experimenta cum Reſeda luteola, ſemine
gonellae foeni graeci, Verbaſco Thapſo,
tinctoria, Carthamo tinctorio, Moro tinctoria,
leano, Orſeille, Haematoxylo Braſiliano et
tinctoria inſtituta. Viceſimus tertius autem
ctatus colores ex his corporibus inuicem
productos contemplatur, et viceſimus quartus
modo agit, quo diſquiri debet, vtrum tinctoria
arti inſeruire quoddam corpus poſſit, nec ne? Q
autem luculentius pateat, qua cum cautione
rimenta Cl. Auctor inſtituerit, et quam vtilia
ctoriae arti illa ſint futura, age, quaedam
beamus ſpecimina.

Ac primum quidem cuiuslibet corporis in tinctoria arte solemnis chemicam praemittit analysin, dein deinceps rationem, qua in panno vel texto gypsypio facto (*Kattun*) praeparando vsus est, sola tandem cum salibus, aliisque additamentis tincta ad colorem extrahendum experimenta pertractat. Et in prima quidem primi tractatus p. 2 sectione docet, rotundum *Curcumae radicis* genus tinctoriae arti optime inseruire. Partes vero hanc radicem constituentes terreae et terreo-mucilaginosae sunt, in quibus salis quicquam inest, quod tamen seorsim separari nequit, sed terrae et paucis oleosis magnopere adhaeret. Vocat Auctor hanc partium terreo-mucilaginosarum cum salinis et oleosis mixtionem mucilagineo-saponeam, cui etiam tingens huius radicis principium immixtum deprehenditur. Porro vndecim instituit Cl. Auctor experimenta, quibus tingentem hanc materiem vario modo extrahere conatus est. Additamenta, quae ad hunc scopum Cl. POERNERVS adhibuit, sunt salia media, acidum vegetabile et minerale, gypsum, martis et veneris vitriolum, sal alcali fixum et volatile, olea expressa et aetherea, spiritus vini et sapo. Apparet ex experimentis, omnia haec corpora ad extrahendam tingentem materiem apta esse, eam tamen magis minusque pro additamenti ratione mutari, sic acida eandem magnopere exaltant, alcalina vero eum in flauo-rubrum mutant.

In altera sectione experimenta, panni tingendi ratione instituta, enarrat Cl. Auctor, quem, vt ad reciprocum tingens principium aptiorem redderet, vel in diuersis lixiuiis ex nitro crudo, sale communi, sale ammoniaco, cremore tartari, aceto, vrina, gypso, vitriolo martis, vitriolo veneris vel sapone praeparatis, macerauit et coxit.

Sequuntur in tertia ſectione pericula goſſy
tingendi cauſa inſtituta, quod eodem, quo
num modo ad recipiendam tingentem
aptiorem reddidit. Patet vero ex copioſis a
cum hac radice factis experimentis, pro
ditamenti ratione varium ſemper euaſiſſe
ita vt ex ducentis ſexaginta et octo diuerſis
dendi modis vix duo eadem ratione pannum
lanam tinxerint. Quam falſa autem illa ſit
qua ex curcumae radice colorem, qui in
duret, extrahi haud poſſe ſtatuitur, experi
edoctus Cl. POERNERVS animaduertit. Etſi
diffitendum non eſt, alumen et tartari cremor
quibus vt plurimum artifices in extrahendo
gente huius radicis principio vſi ſunt, huic
non inſeruire, ſal commune tamen, ſal
cum et veneris vitriolum eidem egregie
tur. Salis ammoniaci praeſertim ope ex
colorem aëri prorſus reſiſtentem extrahi,
que impertiri poſſe Noſter expertus eſt: vt
in accommodata quantitate ammoniacum
beatur oportet, quippe cum nimia eiusdem
raram reddat lanam, tingentesque curcumae
ticulas debilitet, nimis exigua contra eiusdem
tio neque lanae poros ſatis aperiat, neque
radicis partes ſufficienter extrahat; ex his
non fluit, vna cum ſale ammoniaco alia
quae faciant ad pulchritudinem panno
dam, adhibenda non eſſe. Salis communis
ad hunc ſcopum egregium quoque Cl. Auctor
pertus eſt, recte tamen illud ammoniaco
ponit. De aceto idem, quod de alumine
valet, ſi vero alia corpora, e. g. ammoniacum
commune ſal ſimul cum aceto adhibueris,
lud reperies. Quanquam autem negandum
eſt, et copioſa illa a Cl. Auctore facta

ſatis

is ſuperque euincunt, plurimis cum curcumae
dice productis coloris ſpeciebus hoc eſſe com-
ne, vt externo aëri haud reſiſtant; eius vſum
men prorſus disſuadendum non eſſe, ſed iis re-
tingendis, quae libero aëri raro exponuntur,
ire poſſe, Noſter exiſtimat. In fine huius p. 189.
ationis ſuam ſuper *arſenici* in tinctoria arte
ſententiam Cl. POERNERVS addit, eaque in
verſatur, vt, quamuis colores illud ſaepenu-
ro exaltet, ſplendoremque iis conciliet, tamen,
aduerſus aërem colores haud defendat, et
venenum noxium hominibus euadere poſſit,
illi relinquat nullum.

Accedimus ad ſecundum tractatum, qui ex- p. 191.
menta cum *Serratula* capta complectitur. Ac
um quidem refert Cl. Auctor chemicam huius
tae analyſin docuiſſe, abundare in eadem par-
mucilagineas et terreo-reſinoſas, quibus acidi
usdam ſalis quicquam immixtum eſt. Tingens
em huius plantae principium in terreo-reſino-
partibus reſidet, vt tamen mucilaginea pars ab
dem prorſus libera non ſit. Sequuntur hanc
tae ipſius diſquiſitionem copioſa panni, xyli-
que tingendi cauſa inſtituta pericula, ad quae
em fere additamenta, quae ad labores cum cur-
ae radice factos ſelegerat, adhibuit. Eluce-
vero ex his, hanc plantam inter vtilia tingen-
corpora ſibi vindicare locum, quanquam enim
uralis eiusdem color admodum gratus non eſt,
ippe qui ex flauo in viridem vergit, aliis tamen
gentibus corporibus ſi addita fuerit, haud ſper-
dum, eumque aëri reſiſtentem panno tribuet
orem. Sal commune, gypſum et alumen ad
mum non ſolum praeparandum, ſed quoque ad
rahendum tingens ſerratulae principium optima

ſunt media. Aëri plurimae ex ſerratula pro-
ctae colorum ſpecies diu reſiſtunt, omnibus
tem reliquis palmam praeripiunt eae, quibus
parandis veneris vitriolum, alumen, aut gyp
cum alumine mixtum ſeruierant.

p. 285. In tertii tractatus prima ſectione pericul
tium *Chamomillam* conſtituentium detegend
cauſa facta occurrunt, atque ex his quidem ed
mur, easdem, quae ſerratulae inſunt, et
plantae ineſſe partes, copia tamen oleoſarum
mucilaginearum partium in noſtra planta maior
quam in ſerratula, ſalinum autem principium
chamomilla vel prorſus deeſt, vel oleoſo-muci
gineis partibus ita immixtum, vt ſui praeſen
nullo modo patefaciat. In altera et tertia
tractatus ſectione experimentorum ad tingen
cipium ex chamomilla extrahendum, pann
et xylino applicandum inſtitutorum reperitur
logus. Concludit vero Cl. Auctor ex ſuis ex
rimentis, chamomillae tingendi facultatem
liorem eſſe ea, qua curcumae radix aut ſerra
gaudet: eſt quoque coloris ex chamomilla pro
cti aduerſus aërem reſiſtentia minor, quam
tulae, curcumae autem colorem ſuperat. M
ad pannum praeparandum optima ſunt ammo
cum ſal, aut coeruleum vitriolum cum comm
ſale mixtum; illi tamen colores, ad quos pro
cendos ſal commune cum veneris vitriolo N
adhibuerat, non quidem citrini ſunt, ſed partim
bruni, partim virides, grato tamen ſplendore
dent. Cum tartari cremore, alumine et vene
vitriolo producti virides colores egregii ſunt,
et per ſe adhiberi, et aliis quoque tanquam fun
damentum inſeruire poſſunt. Xylino imperiti
chamomilla colores admodum durabiles non ſunt
quippe

...ppe cum a coctione in alcalino lixiuio valde ...entur; reſiſtunt tamen eidem illi, qui xylino ... gallis, alumine et cauſtico lixiuio praeparato ...icati fuere.

In tractatu de *Gallis* docet nos Cl. Auctor, Tur- p. 351.
...ca ad tingendum aptiores eſſe, quam Euro-..., eosque componi ex copioſis terreis, pau-...roſinoſis et acidis particulis, in quibus etiam in-...mabiles quaedam inuolutae ſunt. Quanquam ...am galli vix quicquam tingentis in ſe habent ...ria, tamen, ſi martiale vitriolum ipſis addi-..., niger ex illis extrahi poteſt color, quare ad ... praeſertim praeparandum in experimentis ... gallis inſtitutis Noſter reſpexit. Ac coeru-...quidem et viride vitriolum in diuerſis pro-...ionibus gallis addidit, eosque in aqua coxit et ...no applicare ſtuduit, qua ratione mox nigrum, ... violaceum, mox brunum reddidit pannum, ...e hinc manifeſtum eſt, gallorum cum mar-...i vitriolo mixtionem praecipuum eſſe ad pro-...endum nigrum colorem fundamentum; atta-...m hi colores per ſe neque ad ouium, neque ...arboream lanam nigram reddendam commen-...di ſunt, cum prior absque alio additamento ...gra quidem euadat, diſpendium tamen inde nan-...ſcatur, quod, niſi alia media ſimul addideris, ...ere nulla ratione poſſis; poſterior autem ſine ...is mediis prorſus nigra non fiat.

Ex quinto tractatu notamus, partes *corti-* p. 404.
...is Alni conſtituentes copioſas terreas eſſe, qui-...cum ſalina cum inflammabilibus partibus mix-... ſubſtantia coniuncta eſt. Ex laboribus, quos ...ini, xylinique cum hoc cortice tingendi cauſa ...Auctor inſtituit, patet, eum, ſiue per ſe fue-... applicatus, ſiue cum aliis ſalinis corporibus mix-

tus, tinctoriae arti parum prodesse. Quamuis autem hic cortex tingentis principii vix quicquam se contineat, tantum tamen abest, vt omnis in tinctoria arte vsus expers sit, vt aliis potius tingentibus corporibus, quae resistendi facultate destituuntur, hanc ipsam vim tribuat, coloresque iis productos aduersus aërem defendat. Niger autem color, quem nonnulli ex hoc cortice et martis croco praeparari iubent, propterea commendandus non est, quod neque gratum colorem illi conciliat lanae, neque eodem modo illam tingit, sed maculosam potius reddit.

p. 427. Ex sexto tractatu diuersas, quas Cl. Auctor cum his corporibus fecit, mixtiones tantum notandas esse censemus, cum, si singulos colores horum corporum mixtione productos excerpere vellemus, verendum nobis esset, ne nimis longi mus prolixi. Ad primam autem mixtionem serratulam et curcumae radicem; ad alteram eandem radicem et chamomillam, ad tertiam serratulam, chamomillam et radicem curcumae; ad quartam eandem curcumae radicem et gallos, ad quintam betulae alni corticem et curcumae radicem; ad sextam serratulam et chamomillam; ad septimam serratulam et gallos; ad octauam serratulam et corticem betulae alni; ad nonam gallos et chamomillam; ad decimam eandem chamomillam et betulae alni corticem; ad vndecimam tandem eundem corticem et gallos adhibuit. Ceterum varia, libina praesertim media, his corporibus addidit, tingentemque eorundem materiam et panno et xylino applicare Cl. POERNERVS studuit.

Vol. II. Secundum obseruationum et experimentorum Cl. POERNERI volumen ad perfectiorem reddendam

lorum tinctoriam artem hoc magis accommoda-
tum est, quo praestantiora illa sunt corpora, quo-
rum ad lanam relationes in illo clare et perspicue
monstrantur. Dabimus pro more et ex hoc vo-
lumine quaedam specimina. Septimi tractatus p. 3.
primam sectio tentamina, quibus Cl. Auctor ad in-
vestigandas *Ligni Brasilienſis* (*Fernambuk*) partes
constituentes vsus est, complectitur, quibus cla-
rum fit, substantiam quandam resinosae similliman
cum mucilagineis, salinisque partibus mixtam in
hoc ligno occurrere, resinosamque, in qua et tin-
gens huius ligni principium inest, per admixtas
has partes in aqua solubilem reddi. Pannum cum
hoc ligno tingendum per sal commune, sal ammoni-
acum, tartarum, alumen, stanni solutionem, tarta-
rum et stanni solutionem, tartarum et alumen, stanni
solutionem et alumen, gallos, salque ammoniacum
et gallos praeparauit, hocque modo varios, eos-
que partim egregios ipsi tribuit colores, quorum
tamen plurimi, cum aëri vix resistant, haud com-
mendandi sunt. Additamenta autem illa, quo-
rum ope pannus hoc ligno tinctus resistendi facul-
tatem nanciscebatur, sunt sal ammoniacum, vini
acetum, alumen, stanni solutio, martis et vene-
ris vitriolum, quibuscum Brasilienſe lignum co-
quebatur, pannoque in sola aqua macerato appli-
cabatur. Neque inepta fuit panni cum alumine,
aut tartari cremore stannique solutione institutа
praeparatio, cum hac quoque ratione panni color
aduersus aëris vim egregie defenderetur. Quos ve-
ro xylinum cum hoc ligno tractatum acceperat
colores, ii omnes per coctionem in alcalino lixi-
vio magnopere mutantur, qua de re suadendi
omnino non sunt.

In octauo tractatu *Lignum ſandali rubri* con- p. 96.
siderat Cl. Auctor, cuius analysin, praemissa breui

naturali eiusdem hiſtoria, vti ſemper ſolet, tra
Eſt autem tingens huius ligni materies quoqu
reſinoſa parte, cui mucilaginea intime admixta
contenta, atque in tanta quidem penuria, vt
aptis mediis ad eam extrahendam haud facile
pannum vix ac ne vix quidem tingas. Qua
re et textum ex goſſypii linique filamentis
tum (*Kannefas*), et pannum vario modo pra
parare, aptioremque ad recipiendum tingen
ius ligni principium reddere Cl. Auctor allabo
vit. Tametſi autem hac ratione id erat conſe
tus, vt colorem ipſum exaltaret, viſuique ac
ptiorem redderet, reſiſtentia tamen aduerſus ac
vim ii, quos pannus in ſe receperat colores, pro
ſus deſtituebantur. Textum vero ex lana linoq
factum, cum antea in ſola aqua eſſet macerat
ab huius ligni decocto, aluminis, vitrioli coerul
aut ſalis alcali ope praeparato, ita tingebatur, v
coctioni in alcalino lixiuio vel prorſus reſiſter
vel gratius omnino per eandem fieret. Huius
texti praeparationi optime ammoniacum ſal cum
alcalino coniunctum inſeruire Cl. Auctor expertus
eſt, quippe cum coctio in alcalino lixiuio nihil
quicquam valeat ad extrahendum texti hoc modo
praeparati et cum rubro ſandalo tincti colorem.

p. 137. Accedit Cl. Auctor in nono tractatu ad exponendas *Rubiae tinctoriae* vires. Solent vero tenuiores huius plantae radices et maiorum radicum cortices inuicem mixti et pulueriſati ſub nomine *Faerberröthe*, medulla contra maiorum radicum ſub nomine *Grapp* in tinctoria arte haud raro vſurpari; qua de re grata omnino atque accepta noſtris hominibus eſſe debet C. POERNERI relatio, Dahlae prope Oſſitium in Circulo Miſenenſi coli rubiam tinctoriam, quae maiori omnino cum vtilitate, atque ipſa exotica, in tinctoria arte poſſit adhiberi. Ex tentaminibus ad indagandam mixtionem medullae radi-

radicum (hac enim sola, neque vnquam minori-
bus radicibus *Faerberröthe* dictis Noster vsus est)
succescit, ingentem terrearum partium copiam in
se occurrere, quibuscum terreo-mucilagineae,
resinosae et forte saponaceae quaedam coniunctae
sunt. Tingentem materiam et in hac radice resi-
nosa occultat pars. Ad tingendum cum hoc cor-
pore pannum quod attinet, praeparationem eius-
dem cum sale communi aut tartari cremore nulla
ratione spernendam esse, extrahendae vero ipsi
tingenti materiae stanni solutionem et alumen
egregie inseruire Cl. Auctor fatetur. Xylinum
cum hac radice vario modo tinctum, quanquam
coctioni in alcalino lixiuio omni ex parte non re-
sistebat, ad inutile productum Cl. Auctor tamen
non refert, quippe nonnullae species, praeter re-
sistentiam, omnes Turcici lini (*Türkisches Garn*)
prae se ferebant notas, qua de re chemicos hor-
tatur, vt experimenta ab ipso incepta prosequan-
tur, experianturque, quid alia media ad procrean-
dum xylino cum hac radice tincto resistentiam va-
leant, quo facto dubium supersesse nullum arbi-
tratur, quin eam tandem xylinum nanciscatur fir-
mitatem, quam in Turcico illo admiramur.

Progreditur Cl. POERNERVS in decimo tra- p. 245.
ctatu ad *Coccionellam* disquirendam, quo nomine
Chrysalis insecti a LINNAEO inter Coccos relati
insignitur. Experimentis suis nisus Noster statuit,
componi hoc corpus ex partibus oleoso-resinosis
et salino-terrestribus, idque per intimam harum
partium mixtionem in aqua solubile fieri. Inter
media, quibus pannus cum hoc corpore tingen-
dus praeparari possit, optima ammoniacum sal,
vini acetum et tartari cremorem esse, alumen ve-
ro aut tartari cremorem cum alumine mixtum huic
scopo nequaquam inseruire Cl. Auctor monet, etc-
nim pannus hac ratione praeparatus resistendi vim
adipi-

adipiſcitur omnino nullam. Xylinum coccion
lae ope rubrum redditum, quod antea vario,
que admodum mixto modo praeparabatur,
coctionem in alcalino lixiuio prorſus mutatur,
vt, niſi aliis mediis, metallicis forte ſolutio
vtaris, ad hoc textum tingendum coccione
vix adhibere poſſis.

p. 332. Vndecima tractatio nobile tinctoriae artis
iectum ſub examen vocat. Scilicet ex Indigof
putrefacta praeparatur corpus coloris ex coerul
nigri, cui *Indigo* nomen datur, quodque ex
tiali terra cum exigua ſalinae ſubſtantiae portio
mixta componitur. Tingentem huius corp
materiem reſidere putat Cl. Auctor in terra
martiali cum phlogiſtica et ſalina forte ſubſtan
intime mixta. Ad diſſoluendum hoc product
cum vrinam, acetum, aliaque menſtrua, quib
tinctores vtuntur, haud quaquam ſufficientia inv
niſſet Cl. Auctor, alio, eoque triplici modo illud
ſoluit, et ſub tincturarum nomine ad pannum et
xylinum tingendum adhibuit. Verſatur vero pri
mae tincturae praeparandae ratio in eo, vt dimi
diam Indigo vnciam cum quatuor vnciis olei vitri
oli miſceat et ſenſim ſenſimque quadraginta et
octo vncias aquae purae affundat, quo facto egre
gia oritur Indigo ſolutio. Ad ſecundam tinctu
ram praeparandam cuidam portioni prioris tinctu
rae alcalini ſalis lixiuii tantam copiam infudit, vt
acidum ſuperſaturetur, hocque modo coeruleus
puluis praecipitetur. Separatur deinceps hoc
praecipitatum a ſupernatante humore et in vini
aceto ſoluitur. Tertiam tincturam ex drachma
Indigo in vncia vna et dimidia olei vitrioli ſoluta
et cum alcalino lixiuio ſuperſaturata praeparauit,
etenim puluerem hoc modo praecipitatum in vini
aceto quoque ſoluit. Atque hae quidem illae ſo-

lutiones

tiones sunt, quibus vel per se, vel cum aliis adfamentis mixtis ad pannum, xylinumque varia tione praeparatum tingendum Noster vsus est. pannum quidem quod attinet, eum vel in aqua, in aluminis aut alcali salis solutione coxit, maximum tamen vtilitatem alumen afferre didicit, quippe quo efficitur, vt prior tinctura vel sola, vel cum gypso iuncta pannum egregie tingat, eumque aduersus aëris vim defendat. Salis alcali vsum ad pannum praeparandum non prorsus quidem spernendum; sed alumini tamen postponendum esse Cl. Auctor expertus est. Ad textum ex gossypio lum tingendum priorem tincturam adhibuit, tumque ipsum cum sola aqua, veneris vitriolo, alcali, ammoniaco et alcalino sale, gallisque sale alcali praeparauit, diuersosque partim egregios ipsi tribuit colores, qui tamen per coctionem in alcalino lixiuio vehementer mutantur, atque adeo suadendi non sunt.

Accedimus ad vltimum huius voluminis tractatum, ex quo diuersas, quas Cl. Auctor fecit, p. 389. corporum tingentium mixtiones notamus. Et Brasiliense quidem lignum cum sandalo rubro, rubia tinctoria, coccionella, indigo, curcumae radice, serratula, chamomillis, gallis et betulae alni cortice; Lignum sandali rubri cum rubia tinctoria, coccionella, indigo, curcumae radice, serratula, chamomillis, gallis et cortice betulae alni; Rubiam tinctoriam cum coccionella, indigo, curcumae radice, serratula, chamomillis, gallis et betulae alni cortice; Coccionellam cum indigo, curcumae radice, serratula, chamomillis, gallis et cortice betulae alni; Indigo tandem cum curcumae radice, serratula, chamomillis, gallis et cortice betulae alni coniunxit, et ex his triginta

ginta et quinque diuersis mixtionibus colores alu-
rum mediorum ope extraxit, eosque et panno
xylino applicare annisus est.

Vol. III. p. 1. Supereſt tertium experimentorum Cl. POR-
NERI volumen, in quo primum locum tra-
de *Reseda luteola* tenet. Qualitas huius plan-
illa, qua flauo lanam tingit colore, in resinosis pa-
tibus cum terreis mixtis abscondita est, cete-
salinae et mucilagineae partes in illa quoque o-
duntur. Media, quibus ex reseda extrahi ting-
materies, pannoque applicari possit, optime C
Auctor alumen, veneris et martis vitriolum,
ni solutionem et sal commune inuenit, quo-
quae et suaues et aëri resistentes colores panno
buunt, quare ab eorum vsu summam vtili-
futuram esse iudicat. Neque xylinum cum
planta tinctum inter inutilia producta num-
vtraeque enim, quas modo de panno laudaui
proprietates et huic communes sunt, quam
rem nostros ciues hortatur Cl. POERNERVS
hac planta in nostris terris maiori in copia
lenda, praesertim cum euictum sit, nostrum
lum ab ea haud sperni, tingendisque corporibus
eam magis aptam esse, quam serratulam.

p. 44. Tractatus decimi quarti prima sectio docet hoc
semen *foeni graeci* ex copiosis oleoso-mucilagi-
terreisque partibus componi, quibuscum exigua re-
sinosarum et salinarum partium copia commista
est. Praeparatur pannus cum hoc semine tinge-
dus optime cum alumine, etenim vel sine adiu-
mento, vel cum tartari cremore, coeruleo aut
viridi vitriolo, aliisque mediis coctum hoc semen
panno huic etsi non semper visui acceptos, admo-
dum resistentes tamen largitur colores. Suadet
etiam Cl. POERNERVS huius seminis mixtionem
cum

aliis tingentibus corporibus, quo quippe mo- colorum ex illis productorum resistendi facul- augeri verosimile est. Xylinum cum ni graeci semine flauum redditum amittit rur- suum colorem, cum in alcalino lixiuio co- tur, neque vlla ratione, nisi forte viridi aut uleo vitriolo addito, hanc proprietatem ipsi iliari posse, Noster arbitratur.

Verbasci Thapsi flores, de quibus decima quin- p. 81. tractatio exponit, componuntur ex terreis adstrin- bus, resinosisque partibus, in quibus tingens ries abscondita est. Pannum cum his floribus gendum optime praeparari per alumen Cl. POER- VS Auctor est, extrahendi vero coloris panno- applicandi causa vtilia sal commune, acetum, ni solutionem et coeruleum vitriolum reperit xylinum vero tingendum haud aptum verba- um est, resistendi enim facultate prorsus destitui- , et quanquam dubitandum non est, quin me- quaedam hanc vim xylino tribuant, verendum men tunc esse existimat Noster, ne citrinus ver- color nimis mutetur, iisque forte coloribus fiat milis, qui minoribus sumtibus possunt obtineri.

Experimenta cum *Genista tinctoria* instituta p. 111. complectitur decima sexta tractatio. Resinosas lius plantae partes tingentis materiei vehicu- lum, easque cum paucis terreis et salino-mucila- ginis mixtas esse Cl. Auctor in prima sectione edo- cet. Altera colores contemplatur, quos pannus varia ratione praeparatus ex genista cum aliis addi- mentis mixta adeptus est: fatetur autem Noster, eosdem magnopere mutari, ita, vt, prae- tus illum, quem pannus cum alumine, vinique aceto praeparatus ex genista cum communi sale coctu acceperat, nullius vsus videatur suadendus esse. De xylino cum hac planta tincto Cl. POER-

NERVS

NERVS quoque affirmat, proprietate, qua co-
ni in alcalino lixiuio refiſtere debeat, illud defi-
neque vlla ratione, niſi forte calcis viuae aq-
et alumen, aut coeruleum vitriolum ad pra-
tionem eiusdem, ſal alcali vero ad colorum ex-
hendum, xylinoque enarrata methodo prae-
tum applicandum adhibueris, hunc finem ob-
neri poſſe dicit.

p. 138. Ad *Carthami tinctorii* (*Saflor*) diſquiſitio-
in decima ſeptima tractatione Noſter accedit. C-
ponuntur hi flores ex reſinoſis, oleoſis, ac-
intime mixtis partibus, in quibus inſ-
quae lanae flauum tribuit colorem. Vſus
Auctor ad pannum praeparandum alumi-
tione cum tartari cremore mixta, eamque
quas etiam adhibuit, praeparandi rationibus
ſtare didicit. Inter media panno praepa-
nea acetum quoque refert, quippe cum ſ-
lutio, aut eadem et tartari cremor ex carth-
ribus colorem extrahant, qui pannum
ratum praeclare tingat. De xylino cum c-
tincto affirmare cogimur, vix vllius vſus
cum coctioni in ſaponaceo lixiuio nulla ratio
ſiſtat; ſuſpicatur tamen Noſter, repetitam xyli
praeparationem cum alumine, calcisque viuae aq
ad augendam hanc facultatem multum con
buere poſſe.

p. 165. In duodeuiceſima tractatione *Mori tinctoriae*
analyſin et ad lanam relationes Cl. POURRETS
enarrat. Eſt vero hoc lignum ex reſinoſis, tan
reis adſtringentibus, mucilagineisque partibus
compoſitum: colores, quibus producendis inſer
vit, flaui ſunt, iique, quanquam viſui admodum ac
cepti ſunt, propterea tamen, quod aëri vix reſi
ſtunt, a Cl. Auctore non commendantur. Cete-
rum vini acetum ad pannum praeparandum, ad

extra-

rahendum autem huius ligni colorem ſtanni ſo-
ionem, cremoremque tartari ea eſſe media, qui-
diu aduerſus aëris vim defendi pannus poſſit,
perimenta a Noſtro facta demonſtrant. Ad xyli-
in aqua maceratum tingendum vix aptum in-
it hoc lignum, quippe cum nullum corpus,
eter coeruleum vitriolum, ex eodem colorem
rahat, qui xylino tingendo ſit idoneus.

Orleani diſquiſitionem vndeuigeſima tracta- p. 197.
enarrat. Hoc ex ſeminibus *Bixae Orellanae* L.
paratum corpus componitur ex reſinoſis, muci-
neisque partibus, quibuscum volatilis ſalino-ole-
ſubſtantia coniuncta eſt. Tametſi vero Cl. Au-
et pannum et xylinum in aqua, vini aceto, aliis-
ſalinis ſolutionibus coxit, tingentique materiae
rahendae apta corpora Orleano addidit, la-
que praeparatae applicauit, fere nulla tamen
le orta eſt coloris ſpecies, quae reſiſtendi vi
deret; quare ſuadet Noſter, vt, qui Orleano
tingenda ouium lana vti voluerint, reſiſtentiae
em conciliandae medium in ſale communi quae-
t, quocum extrahi color, pannoque cum vini
to praeparato poſſit applicari: namque hac ra-
praeſtari hoc poſſe veroſimillimum eſt.

Progredimur ad vigeſimum tractatum, qui p. 226.
perimenta cum tingente corpore ex *Lichene Roc-*
la L. calce et vrina praeparato tradit. Conſti-
entes huius corporis, *Orſeille* dicti, partes reſi-
nae et mucilagineae terreſtres ſunt, quae cum
gente materie mixtae colorem ipſi ex coeruleo
rum tribuunt. Pannus in ſola aqua maceratus
hoc corpore, ſalis ammoniaci, tartari cre-
oris aut coerulei vitrioli ope et gratum et aëri
reſiſtentem colorem accepit. Commendat
nfertim Noſter tartari cremorem, qui, ſiue in
aqua, ſiue in ſalis communis aut aluminis ſo-

lutione pannus fuerit coctus et maceratus, vtri
huic proprietati panno conciliandae prae reli
aptus inuentus est. Xylini autem cum hoc c
pore tincti nulla fere esse potest vtilitas, cum
sistendi facultate illud prorsus destituatur.

p. 261. *Haematoxylon Brasilianum* L. (*Kampechi*
de quo in vicesima prima tractatione Cl. Auctor
sputat, tingentem offert materiem, quae salino
flammabilibus et terreo mucilaginosis partibus
mixta deprehenditur, quaeque pannum pro add
menti ratione mox coeruleum, mox nigrum red
Plures quidem, quos pannus ex hoc ligno in se re
perat colores, ab aëre magnopere mutantur,
vt, praeter alumen, coeruleum et viride vitri
lum, ad praeparandum pannum Noster null
possit laudare medium; ad extrahendum
colorem stanni solutionem vtilem inuenit, qui
quae panno cum alumine praeparato colorem
buit talem, qualis et visui est acceptus, et aëri
omnino resistat. Neque xylinum in aqua mac
tum et cum hoc ligno et sale communi, aceto
coeruleo vitriolo tinctum resistendi faculate
tuitur; suadet tamen Cl. POERNERVS, vt xylin
hac ratione tinctum in saponaceo lixiuio coqua
quo facto perennem illud nanciscì colorem
Ceterum diuersa media, quibus ad praeparand
xylinum vsus est, nihil quicquam ad resist
vim augendam contulerunt.

p. 302. In vigesimo secundo tractatu tentamina cu
Isati instituta enarrantur. Praeparatum hoc
Isatis tinctoriae L. foliis per concisionem, calc
que et aquae admixtionem corpus ex resinos
pluribusque terreis partibus intime mixtis compo
nitur, vimque possidet, lanae coeruleum colore
tribuendi. Ad recipiendam Isatis tingentem m
teriem pannum cum aqua et cum alumine praep
ra

nit, ſicque non ſuaues minus, quam aëri reſi-
entes colores ipſi tribuit, quorum tamen praeci-
i illi ſunt, quos pannus cum alumine praepara-
s ex Iſati cum tartari cremore, aut alumine co-
in ſe receperat. Decoctum Iſatis cum viridi
riolo praeparatum xylinum in aqua maceratum
ime tinxit, quanquam enim per coctionem in
ponaceo lixiuio hoc xylinum mutationem patie-
ur, maxima tamen ipſi manebat ſuauitatis ſpe-
s. Ceterum commendat Noſter Iſatis vſum ad
ini cum aliis, corporibus tingendi praeparatio-
m, quippe quod exinde admodum aptum ad
nc vſum euadere opinatur.

Viceſima tertia tractatio in decem ſectionibus p. 328.
rum experimentorum, quae cum tingentibus
rporibus inuicem mixtis lanae tingendae cauſa
ſtituit, exhibet catalogum, ex quo nos, prout
in ſexta et duodecima tractatione fecimus, omnes no-
bimus mixtiones. Ac Reſedam quidem luteolam
um Braſilienſi ligno, Rubia tinctorum, Coccionella,
ndigo, Orleano, Orſeille et Haematoxylo Braſiliano;
Semen Foeni graeci cum ligno Braſilienſi, Rubia tin-
torum, Indigo et Haematoxylo Braſiliano; Verbas-
um Thapſus cum ligno Braſilienſi, Rubia tinctoria,
ndigo et Haematoxylo Braſiliano; Geniſtam tincto-
um cum Braſilienſi ligno, Rubia tinctorum, Coccio-
nella, Indigo, Orſeille et Haematoxylo Braſilia-
no; Carthami tinctorii flores cum ligno Braſilien-
ſi, Rubia tinctoria, Coccionella, Indigo et Hae-
matoxylo Braſiliano; Morum tinctoriam cum lig-
no Braſilienſi, Rubia tinctoria, Sandalo rubro,
Coccionella, Indigo, Orſeille et Haematoxylo
Braſiliano; Orleanum cum Braſilienſi ligno, Rubia
tinctoria, Coccionella, Indigo, Orſeille et Hae-
matoxylo Braſiliano; Orſeille cum ligno Braſilienſi,
Rubia tinctoria, Coccionella, Indigo et Haema-
toxylo Braſiliano; Haematoxylon Braſilianum cum

ligno Brasilienſi, Sandalo rubro, Rubia tinctoria Coccionella, Indigo et Gallis; Iſatim cum Galla cortice Betulae alni, Serratula, ligno Brasiliense Rubia tinctoria, Sandalo rubro, Indigo et Haematoxylo Braſiliano coniunxit, media varia addidit tingentemque horum corporum materiem cum ouium, tum arborum lanae applicauit.

p. 591. Accedit tandem in vltima tractatione Cl. PORTNERVS ad exponendam rationem, qua in diſquirendis corporibus vti debemus, vt appareat, apta illa ad tingendum ſint, nec ne? Quo autem vtiliorem, et ad erudiendum artificem aptiorem futuram hanc tractationem eſſe nos ſumus perſuaſi, eo maiorem dabimus operam, vt praecipuas Cl. Auctoris circa hanc rem regulas ſollicite ediſſeramus. Ac primum quidem illud corpus cui tingentem ineſſe materiem ſuſpicaris, in aqua ſimplicis ſufficiente quantitate cum xylini, aut panni in aqua antea cocti et macerati particula per quoddam temporis interuallum coquendum eſt, ita vt, ſi modo tingens principium aliis partibus non nimis ſit inuolutum, lana omnino tingatur; quodſi vero eadem hac ratione vel nullum, vel admodum debilem in ſe recepit colorem, coctio eiusdem cum tingente hoc corpore, variisque ſalinis mediis, e. g. ſale communi, ſale ammoniaco, alumine, vini aceto, vitriolo aut coeruleo vitriolo repeti debet, quo quippe modo tingentem cuiusdam corporis vim certiſſime experieris. De ipſa vero tingentis materiei praeſentia ſi certus fueris redditus, veram eius naturam et mixtionem vt cognoſcas, neceſſe eſt. Quapropter de re hoc corpus in aqua ad dimidiae partis conſumtionem coquatur, decoctum depuretur et in varias portiones diuidatur. Admiſceatur cuidam

por-

rtioni ſalis acidum, ſi quid fundum petit, pul-
que praecipitatus rurſus in alcalino lixiuio vel
nitus, vel ex parte tantum ſoluitur, lixiuium-
e tinctum inde euadit, de reſinoſa aut inflam-
bili tingentis principii natura cum terreſtribus
ribus intime mixta certi reddimur; ſin acidi
is ope nihil praecipitatur, ſed decoctum potius
ltatur, inflammabiles partes cum ſalinis mixtas
gentem materiem conſtituere euincimur. De-
cto autem cum ſalis acido mixto, ex quo neque
eſſit quicquam, neque color eius plenior euaſit,
alinum lixiuium admiſceatur, puluisque inde
ecipitetur, dubium nullum eſt, quin abſorben-
terrae naturam ille habeat. Viridis vitrioli
uio cum decocto mixta terreae ſubſtantiae na-
ram pateſacit. Etenim ſi violacei aut atri colo-
materies praecipitatur, de exigua reſinoſae ſub-
ntiae portione cum magna adſtringentis terrae
pia mixta perſuademur; quo minus autem hoc
ecipitatum corpus ad nigrum aut violaceum ac-
dit colorem, eo magis quoque ab adſtringentis
rae natura abhorret, tuncque tingens materies ex
inoſo mucilaginea ſubſtantia compoſita eſſe de-
henditur. Per aluminis ſolutionem decocto ad-
tam ſi quicquam praecipitatur, diſquirendum
d viterius eſt, vt appareat, an ſola tingens ma-
ies illud conſtituat, ſiue aluminis terra eidem ſit
mixta: et primum quidem cognoſcimus, cum
teries ſeparata in alcalino lixiuio vel penitus, vel
parte ſoluitur; ſi vero aluminis terrae portio ſi-
ul fuerit praecipitata, per vitriolicum acidum certi
dimur. Ceterum alumen, prout ſalis acidum,
inoſo terreſtres partes detegit. Per admixtum
alinum lixiuium ſi quid ex decocto ſeparatur,
adque in ſalis aut vitrioli acido ſoluitur, quod

tamen raro accidit, abſorbentem terram cogn
ſcimus; ſin ſolutionem in his acidis recuſat,
plurimum terreo mucilaginoſam habebimus
ſtantiam. Salia media, vt ammoniacum aut co
mune ſal, raro ex decocto quicquam deiici
ſi vero hoc euenerit, ſeparatumque corpus ſo
tionem in alcalino lixiuio haud recuſauerit, illi
que tinxerit, de indole eiusdem terreo refin
ſumus perſuaſi. Ceterum ad mutationem colo
decocti ab admixtis ſalinis corporibus quoque
aduertendum eſt, cum exinde vel maior,
minor partium tingentium ſolutio, earumque
terdum in magis gratum colorem conuerſio eg
p. 604. gie pateſcant. In vltimis huius tractatus par
phis Cl. Auctor quaedam experimenta cum *Vi*
Scordio, *Centaureo minori*, *Abſinthio*, *Ligno P*
Ligno Saſſafras, *Radice Chinae*, *Radice Rhabarb*
et *Aloë* panni tingendi cauſa inſtituta addidit,
horum quoque corporum in tinctoria arte vi
praeclarum docent.

III.

IOHANN FRIEDRICH GMELINS, *der Arz
neyk. Dokt. etc. Abhandlung von den giftig
Gewächſen, welche in Teutſchland und vornehm
in Schwaben wild wachſen. Ulm in der St
tiniſchen Buchhandlung.* 1775. 8vo *Seit.* 228.

i. e.

Tractatus de herbis venenoſis Germaniae, i
primisque Sueuiae indigenis. Auctore Cl.
IOANNE FRIDERICO GMELINO.

Cl. Auctor, cuius iam alibi a nobis mentionem
eſſe factam recordamur, commendandus eſt

vel ob hos ipsos venena contemplandi conatus plu-
rimum, cum, quantum propositi difficultas licue-
rit, rem diu vexatam primo ad praestantiae cuius-
dam fastigium sustulerit. Recensuit vero in hoc
opere venenatis herbis commentario, eas, quae Ipsi
vel endemiis fuerunt cognitae, ita vt, praemissis
nonnullis in patria receptis denominationibus,
quas, quas a LINNEO in Syst. ipsius Ed. XII. stabili-
tas esse nouimus, subiungat, et ex HALLERI,
SCHAEFFERI aliorumque quorundam virorum scri-
ptis synonyma iconesque addat. Ea vero, quae
modo diximus, propria, eaque ad naturam facta,
descriptio plantae, venenosarum vel interdum sa-
lutiferarum virium testimonia et remedia apte op-
ponenda sequuntur.

Sed ne iusto amplior nostra euadat oratio,
ea quae in libro reperiantur, paucis enarrabi-
mus. Loquitur vero Cl. Auctor in introitu, prae-
misso, de rei herbariae praecipuo vsu in dignos-
cendis fugiendisque venenis consistente; et mo-
dum venenorum agendi periculosum, a partibus
actuosioribus, neruos inprimis afficientibus, quibus
reliqua antecellant corpora naturae, petendum esse
censet. Luget vero non immerito, veneni notio- p. 14.
nem vix ac ne vix quidem definiri posse, propterea
quod ipsorum agendi modus sibi non semper re-
periatur constans et quod saepius a diuersitate cor-
poris varie dirigatur. Redegit vero venena respe-
ctu virium, in acrium, stupefacientium, adstrin-
gentium, (quae tamen rarius occurrunt) vel ex
prioribus compositorum classes.

Signa quoque commemorat externa, vires p. 24.
venenatas plantarum hypothetice declarantia, quae
in neglecta brutorum deuoratione, plantarumque
ipsarum forma tristi, glutinosa maleque olenti posi-

ta ſunt, quae tamen merito pro dubiis pronunciaſſe videtur. Ordinem vero naturalem, quem dicunt, in contemplandis diuerſis ſtirpium generibus ſecutus eſt, adeoque ab incompletis ortus ſenſim ad perfectiores proceſſit plantarum familias. Haec vero plantas diuidendi methodus etſi in genere nobis non displiceat, tamen ex parte monendus videtur Cl. Auctor, quod eas plantas in plures diuiſerit claſſes, quae in vnam erant redigendae, quod quidem de polyantherarum ranunculorumque valere videtur generibus.

p. 34. Fungi vero, quorum plurimos pro dubiis atque fallacibus aſſumſit, etſi *Agaricum muſcarium* LINN. ſolum, vtpote notiſſimum et maxime deteſtandum ex venenoſis fungis genus, ſpeciatim conſiderauit; fungi, inquam, colore nigro, coeruleo, viridi diſcolorique inſtructi, odore ſubputrido, corpore mucaginoſo tenacique inſigniti, in putredinem celerrime abeuntes, coquendo duriores euadentes, et ſtipite cauo praediti a Cl. Auctore pro nociuis habentur. Antidota his oppoſitura, cognita quidem, repetere tamen licebit. Commendanda autem emetica omni acido carentia, vt ipecacuanhae radix, vitriolum album, potusque calidus frequentius propinatus. Ipſum quoque acetum, vim veneni frangens, vel oleoſum quoddam non rancidum copioſius ingeſtum, ad illam inuoluendam, reperietur vtiliſſimum. Terreorum vero, adſtringentium, diaphoreticorum, narcoticorum, inter quae opium eminet, aliorumque a veteribus hic adhibitorum remediorum vſum, niſi in genere, certe in hoc venenorum genere prorſus negligendum eſſe ſuadet. De *Agarico muscario* illud attentionem noſtram meretur, quod Ruſſiae Galliaeque incolis hicce fungus

varie

varie coctus esca sit gratissima et quod in Kamtschadaliae regionibus ex ipso potus inebrians optimi paretur saporis.

Ad incompletarum herbarum ordines, quorsum vnico floris tegumento praeditae pertinent, retulit *Chenopodium Hybridum*, de cuius vi venenata RVSTII *) nos certiores fecit industria, *Daphnen Mezereum*, *Polygonum Hydropiper*, *Asarum Europaeum*, *Arum maculatum* et *Mercurialem perennem*. p. 41.

Ex graminibus vero *Lolii temulenti* solius fecit Cl. Auctor mentionem, in quo quidem contemplando, cum saepius segeti internascatur, studiosissime curauit, vt ex ipso comesto oriunda pericula euitentur. Descripsit enim non solum externam ipsius faciem sedulo, verum quoque remedia, quorum ope vel ex agris euelli, vel ex frumento collecto elici possit, vel ita certe mutari, vt de vsu illius amplius timendum sit nihil. Emendabitur vero quae ipsi est nocendi facultas, tostione, coctione in aqua simplici, vel aromatum, pinguium, aut denique brassicae salitae admixtione. p. 58.

Iam vero ad Euphorbias se conuertit, atque cum omnes huius generis conueniant species, characteres genericos, nocendi modum, medicamenta ipsis opponenda, et quem caute adhibitae praestent medicis vsum, praemisit. Commemorata vero sunt *E. chamaesyce*, *peplus*, *exigua acuta*, *paralias*; p. 68.

*) in Diss. de limitanda laude balsami vulnerarii DIPPELII, et olei martis per deliquium. Gotting. 1774. 4to.

ralias, *helioſcopia*, *verrucoſa*, *platyphyllos*, *eſula*, *cyparissias*, *amygdaloides*, atque *ſyluatica*.

p. 81. Liliacea has ſequuntur, ex quibus *Colchicum autumnalis* et *Veratri albi*, venenorum, ex STOERKII aliorumque ſcriptis ſat cognitorum, fecit mentionem.

p. 95. Ex Ringentibus *Pedicularis paluſtris*, et *Digitalis purpurea* niſi venenatae, certe dubiae, Ipſi videntur.

p. 99. Ad Solanaceas plantas, iſtas ſumme venenatas, ſtupefacientesque monopetalas regulares redegit. Commemorauit itaque *Daturam*, *Stramonium*, *Daturam Tatulam* per hypotheſin venenatam, *Hyoſciamum nigrum*, *Atropam Belladonnam*, *Solanum Dulcamaram*, *Solanum nigrum vulgare* et *Bryoniam albam*.

p. 135. Ad Polyandras venenatas vero relatas legimus *Actaeam ſpicatam*, cuius venenoſae vires a LINNEO detectas eſſe nouimus, *Aconitum Napellum* et *Lycoctonum*. *Anemonem Pulſatillam*, *nemoroſam et ranunculoidem*, quae quidem Ipſi venenoſi quid portendere videntur. *Clematidem vitalbam*, et *flammulam*. Erraſſe vero videtur Cl. Auctor in eo, quod *Anemonem Pulſatillam* LINN. pro *Pulſatilla nigricante* STOERKII *) habuerit, quam nimirum reliqui omnes non immerito pro *Anemone pratenſi* LINN. ob formam magis conuenientem, habere ſolent.

p. 156. Ranunculi Cl. Auctori omnes videntur ominoſi, quare ſingulos quoque huc retulit, quos Germaniae indigenos nouit. Nos vero, etſi KRAPFII **) hac in re nitatur auctoritate, vtriusque aſſertis nondum commouemur, vt plantas, oleribus merito adſociandas, veneni nomine proſcindamus.

*) vid. comm. noſtr. Vol. XVIII. p. 530.

**) v. comm. noſtr. Decad. II. Suppl. I. p. 128.

damus. Neutiquam tamen negamus esse plurimis Ranunculis necandi vires, ob summum, quo pollent, acorem, insitas. Continet quoque ordo hic *Hellebori foetidi* et *Calthae palustris* historiam.

In Vmbellarum vero, vltimum locum occu- p. 180.
pantium, descriptione, id egit indefesse, vt venenosae ab salutiferis facile dignoscantur familiis, quare singulae herbae venenosae salutarium, ipsi similium, characteres illico subiunxit. Sic *Conio maculato Ligusticum Peloponnesiacum*, *Oenanthen fistulosam*, *Phellandrium aquaticum*, *Cicutam virosam*, *Scandicem odoratam*, et *Cerefolium*, *Chaerophyllum sylvestre*, *bulbosum*, *temulentum et hirsutum*, *Apiumque Petroselinum* formaeque ipsorum subiunxit discrepantiam, *Sium latifolium* descripsit, *Cicutae virosae* conuenientis cum *Angelica sylvestri*, *Aegopodio Podagraria*, *Sio nodiflora* aliisque modo commemoratis, docuit formam diuersam. Addidit quoque *Aethusam Cynapium*, *Chaerophyllum sylvestre*, *bulbosum* atque *temulum*, eaque pro venenis habet. Vltimi vero *Chaerophylli temulenti* solummodo ob nominis triuialis Linneani venenosam faciem, mentionem feciſſe, Ipse fatetur.

IV.

EIVSDEM *allgemeine Geschichte der Gifte* 1. *Theil. Leipzig in der Weigandschen Buchhandlung.* 1776. 8vo *Seitt.* 530.

i. e.

EIVSDEM historia generalis venenorum. Tomus primus.

Quae modo laudauimus Cl. Auctoris de venenis indigenis merita, multo magis aucta sunt hoc, quod nunc indicaturi sumus, opere. Tracta-

vit

vit nempe vniuerſum pharmacorum lethalium ambitum ita, vt, praemiſſis in primo volumine generalioribus de venenis notandis, animalia hominibus interitum minitantia exponat, dein in altera operis parte herbas varie necantes deſcribat, et in vltimo denique libro ex minerali regno petitas diuerſas venenorum ſpecies prodat, quibus ipſis incognitorum quorundam venenorum hiſtorias ſubiungat. Qua quidem in re, quanta praeſtiterit Cl. Auctor, vt appareat, ſuccinctam Lectoribus noſtris exhibere librorum ipſorum epitomen, propoſuimus.

p. 7. Exhibuit vero Cl. Auctor ſtatim ab initio libri artis topicologicae definitionem, quae quidem ob notionem veneni ipſius amplam arduamque non ſine ſumma conſtitui firmarique poteſt difficultate, et in genere vniuerſae artis conſpectum breuem quidem, attamen accuratum proponit. Enarrat nimirum tanquam in introitu diuerſas venena cognoſcendi vias, auxilia variis generibus oppoſitura, et methodum venena ipſa nociuis viribus deletis contra morbos interne applicanda. Dicitur vero venenum corpus organicum, (ſidera enim nunquam hoc nomine proſcindenda) in naturam animalem non mutabile, mortem hominibus parua doſi, modo non perſpicuo, cellerrimeque concilians. Cognoſcuntur vero nocentes corporum naturalium qualitates ex rationibus ſequentibus; ex odore nempe teterrimo, ſubnauſeoſo, ex vi cauſtica externa, ex affinitate cum venenis dudum cognitis, ex abſtinentia beſtiarum ab illorum eſu vel ex damnis in animantibus brutis oriundis. A quibus vero poſterioribus cum ob naturarum diſcrepantiam ſaepius minus tuto colligi poſſit, ſuadet Cl. Auctor, vt in corporibus humanis experimenta inſtituantur, cum ils, de quorum virtute ambigitur, corpori-

p. 18.

p. 27.

bus

bus. Ad hanc vero rem consequendam triplicem proposuit rationem, vel enim *sanguinem* e venis eductum ad hoc adhibere, iussit criterium, quod tamen cum neque omnia venenorum genera sanguinis imo neruorum perturbent massam, alia vero extra corpus sanguinem destruant, quae ore sumta ne tantillum quidem nocere soleant, pro dubio signo merito habuisse videtur. *Corpora* vero *malefactorum* ad hanc encheiresin aptissima, cum non semper medicis tentaminibus committantur, existimat *medicorum ipsorum corpora* ad haec conamina esse adhibenda, si cautiones, ab vnoquoque facile praeuidendae, non fuerint neglectae, ad quod quidem non rationibus solum variis, verum quoque quorundam medicorum summa auctoritate pollentium, exemplis alios instigare annititur. Suadet deinde medicis, vt si ad homines, quos veneno interemtos esse arbitrantur, fuerint arcessiti, sibi caueant, ne vel in ipsius morbi diagnosticis signis, vel certe in venenosae causae natura distinguenda errent. Requiritur ea propter, vt primo naturam mentemque et aegroti et ipsius cognatorum, eorumque inscitiam vel malitiam discere studeant, quae quidem saepius suspicionem admodum firmam praebere solent, videndum enim est sedulo, ne cum morbis putridis diuersis, quales sunt febres petechiales malignae, vel cum ipsis febribus lentis confundantur. Quibus vero exploratis, necesse est, vt, si de veneno sumto fuerit certum, omnia eligantur, quae veneni naturam indolemque ipsis declarare possint. Valent vero ad hanc rem cognoscendam, loci, in quo venenum fuerit repertum, sedula disquisitio, vasorum, in quibus asseruatum fuerit, inspectio, excrementorum ipsorum, veneni partes immutatas saepius producentium, contemplatio, et alia plura, quae commemorare p. 45.

p. 65. morare longum foret. Praeſeruationes generales, a variis temere laudatae, locum nunquam habent, ſed in ſpecie iis ſolum cautiones quaedam ſunt commendandae, quorum opificia, venenis iisdem diu multumque tractantibus, inquinantur. Sic metallicis, vt ex multis quaedam adducamus exempla, oleoſa cuiusvis generis proſunt, iis vero, qui aqua forti vel ſimili re efficienda occupantur, ſpiritus ſalis ammoniaci volatilis naſo admotus eximie

p. 72. conuenire ſolet. Antidota, quae ad venenoſam vim eneruandam offeruntur, ſunt *emetica*; ſiquidem modo ingeſtum in ventriculi latebris adhuc retentum fuerit venenum, ad ſalini generis pharmaca ſoluenda deſtruendaque adhibeantur *aquoſa*, olea recentia odoris ſaporisque expertia venenorum acidorum imminuunt agendi potentiam, *mucilagines* his recte meritoque ſubſtituuntur, cum humoribus non ſolum facilius multo miſceantur, verum etiam calorem ventriculi olea deſtruentem optime ferant, *lac* vtiliſſimum erit in quouis veneni genere, niſi illud vel acidum vel ſpirituoſum fuerit, quae nempe lac cogere conſueuerunt, *acetum* alcalinis venenis putredinem inducentibus potentiſſime reſiſtens, metalla reſinasque optime et ſoluens et diluens, exhiberi nunquam poteſt, ſi venenum acidae fuerit naturae. Quae ab aliis commendata ſunt antidota niſi noxia certe inutilia Cl. Auctori videntur. Pertinet vero ad illorum claſſes *ſapo*, qui non niſi in ſcopo emeſin ciendi commendandus ipſi videtur, *mel*, *opium* in ſummis ſpasmis propinetur, propterea quod non tam in veneni ipſius partes agat, quam in inteſtinorum vaſorumque parietes, et quod humorum ſumma reſolutio, ſolidorumque debilitas iſtius vſum nunquam non comitetur. Ex *terris* innumeris fere, veteribus vſitatis, *terram calcaream* et *argillaceam* in venenis acidae indolis exhi-

exhiberi quidem posse concessit, nunquam tamen in earum vsu acquiescere suasit, reliquas vero omnes, ventriculum onerandas, obesse plus, quam prodesse merito affirmauit. Quae praeterea a medicis commendata sunt calida irritantiaque alexipharmaca, quorsum essentiae, spiritus, tincturaeque hoc nomine insignitae pertinent, ea si quidem venenum quoque calefacientis fuerit naturae, ne medicastris quidem infimis reliquenda erunt. Ad cognitionem scriptorum de venenis agentium acquirendam et ad vsum huius doctrinae perspiciendum, ad amplos super his rebus tractatus Lectores remittere cogimur. p. 117.

Commemoratis vero diuisionibus venenorum a diuersis Auctoribus adhibitis, Ipse suam subiunxit, quam dignam habemus, quae a nobis excerpatur. Diuisit nimirum omnia venena a) *in vapores*, qui sunt *obtundentes*, *suffocantes*, *ex vtrisque compositi*, et *paralysin efficientes* b) *in venena palpabilia*, quae sunt 1) *animalia* vel a natura vel a morbo in bestiis procreata 2) *vegetabilia*, quae vel *naturalia* vel *non naturalia* sunt, priora nocent vel ore sumta vel corpori exteriori admota 3) *minerasia*, quae in *mechanica*, *chemicaque* dispescit. Singula harum classium genera denuo subdiuisit, ratione effectuum, quibus agant, in *acida*, *obtundentia neruos*, vel *adstringentia*, quae omnia postea magis illustrare poterimus. p. 165.

Medentur homini vaporibus noxiis exstincto varietas aëris, omnium in corpore reperiundorum vinculorum solutio, situs corporis erectus, frictio motusque vniuersi corporis lenis, pediluuia calida, venaesectio larga, aëris vel fumi tabaci in os, nasum vel anum iniectio, emesis ope irritantis externi p. 170.

terni producta, odorem acrem ſpargentia, ſcu-
ſtomachica, aquae frigidae adſperſio, cucurbitu-
lae, emetica ex tartaro emetico parata, et, ſi in re-
p. 187. tam iam redierit, cardiaca. Vapores, qui nervos
obtundunt, emendantur facillime aceti ope, iisque
omnibus, quae in genere contra vapores adhibenda
propoſuimus, omiſſo modo fumo nicotianae. Sunt
vero duplicis generis, *obtundentes proprie ſic dicti*
et *exhalationes rerum graueolentium in locis aëri non*
peruiis. Ad priores pertinent exhalationes hyoſcia-
ami, daturae, lolii, papaueris, croci, nicotianae,
nerii, lini, cannabis, conii, chaerophylli, man-
gorum, hippomanes, atque rhois; ad poſteriores
vero liliorum, polianthis, violarum, ſambuci, po-
tuum inebriantium, aſae foetidae, et aliorum
p. 190. multorum. *Vapores ſuffocantes* ſunt a) *metallici*,
b) *acidi*, c) *alcalici*. E prioribus eminent arſenicales,
qui oleoſis euitantur, remediis vero inter genera-
liora dictis, fumo tabaci neglecto, tolluntur. In
vaporibus vero acidis, oleoſa et ammoniacalia ſpi-
rituoſa proſunt, pertinet vero ad horum vaporum
ſeriem acidum vitrioli, ſulphuris, nitri atque ſalis.
Ad alcalicos vero, quibus acetum aliaque acida ex ve-
getabilibus parata opponuntur, referenda ſunt
phosphorus, ſpiritus ſalis ammoniaci vterque, ſpiri-
tus vel ſal cornu cerui, plantarum leguminoſarum,
p. 212. alliorum, meloesque veſicatoriae perſpiratio. *Va-*
pores obtundentes et ſuffocantes ſimul emendantur
acceſſu aëris liberioris, ſuffimigiis ex ſulphure,
puluere pyrio, faſciis, aceto vel ſpiritu ſalis ammonia-
ci tinctis, ori naribusque applicatis. Homines
vero inde aegrotantes, ſanantur venae ſectione impri-
mis in collo inſtituta, fumo tabaci, irritantibus qui-
busvis. Oriuntur vero eiusmodi vapores a lithantra-
cibus, vbi fodiuntur, a carbonibus in loco clauſo
aſſeruatis, a ſebaceis, oleo, cera, terebinthina

igni

traditis, a corporibus fermentantibus, vel
rescentibus, ab hominum incarceratorum ex-
tionibus, in cellis cryptisque vel diu clausis
nouiter exstructis, eiusdem quoque indolis sunt
mmabiles isti vapores in fodinis metallicis con-
. Tandem ad vltimum genus vaporum pesti- p. 245.
um, ad eos scilicet, qui paralysin primo intui-
ficere videntur, accedimus. Ortum ducunt
mbeis mercuriique exhalationibus, et vel ta-
vel phthisicam mortem inducere solent, nisi
, diluentibus vel electricitate ex medio
tur.

Transit iam Cl. Auctor ad alteram veneno- p. 256.
classem, ad *palpabilia* nempe, et illorum pri-
ordinem, *animalia*, vsque ad finem huius par-
considerat. Sunt vero haec venena vel *natura-*
vel *praeternaturalia*, quorum priora inprimis in
bibiis reperiuntur, inque folliculis prope den-
positis asseruantur, et vehementiam suam tunc
exserunt, si per vulnus quoddam externum
sanguine ipso immediate fuerint communicata;
enim humanae sanitati non obesse dicun-
per os assumta, digesta, per vasa resorbentia de-
sanguini miscentur. Laudantur vero in hisce p. 268.
acida quaeuis inprimisque acetum, alcalia
lia, oleum oliuarum, ob putredinem tamen
hoc facile oriundam timendum, radix senegal
sumta externeque vulneri applicata, radix
rrhizae, lignum ophioxyli serpentini, aqua
ad vulnus eluendum, cucurbitulae vel ve-
ria parti affectae applicata. Sunt vero ser-
am venenato morsu infestorum duo genera,
nempe atque *colubri*. Prioris illius quin-
recensentur species *Cr. miliaris*, *horridus*, *dryi-*
, *durissus*, et *mutus*. Posterioris vero multo

plures deſcribuntur, quarum nomina haec: *Cl. atropos*, *leberis*, *dipſas*, *myſterizans*, *lacteus*, *ſeu-rus*, *ſtolatus*, *atrox*, *corallinus*, *naia*, *ammodytes*, *lebetinus*, *niueus*, *vipera*, *haie*, *berus*, *preſter*, *cherſea*, *aſpis*. Horum animantium formas pro-prietatesque lectu digniſſimas tradidit Cl. Au-ctor, quae cum ob ſpatii breuitatem repetere non
p. 296. poſſimus, nomina ſolum ſedulo deſcripſimus. Ne-que defuerunt omni aeuo viri, qui huic illique animali vires nocentes immerito adſcriberent, quo-rum quoque animalium nomina tanquam in cata-logo ſubiungi curauimus. Sunt vero *veſperilio murinus*, *tetrodon lineatus* et *ocellatus*, *trachinus dra-co*, *apis mellifera*, *veſpa communis*, et *crabro*, *ſcor-pio*, *aranea tarantula*, *raia paſtinaca*, *rana bufo*, et
p. 304. *lacerta gecko*. Sunt quoque quaedam animantium genera, quae ſi comeſa fuerint, mortem inducunt hominibus. Inter haec referendae ſunt *labri* quae-dam ſpecies, *coturnices*, *cancer ruricola*, *mytilus edulis*, *oſtrea edulis*, *perca venenoſa*, *hirudo* et *meloë veſicatorius*. Notandum tamen eſt duo poſteriora ſolummodo, ſemper venenatam exſerere vim, prio-ra enim tunc demum veneficis viribus praedita ſunt, ſi cibum quendam venenoſum aſſumſerunt. Quae vero ab *meloë* et hirudine oriantur damna, et qua ratione ſiſtantur, cognitum eſt, adeoque
p. 313. repetere ea noluimus. Animalia, ſenſum electri-citatis producentia, duo adhuc ſunt detecta; *raia torpedo* nempe et *gymnotus electricus*. Quae vero immerito animantium venenatorum coetui an-numerantur, cum neque mortem afferant, ne-que mala, medicinam multam poſcentia. Veni-
p. 325. iam ad vltimum genus venenorum animalium, ad illud nempe, quod per morbum demum in ani-malibus gignitur. Afficiuntur vero ſingula fe-re animantium genera morbo quodam capitis,

quo-

quo tempore si momorderint hominem, is in hydrophobiam incidit. De quibus quidem affectionibus et de remediis apte opponendis, ea de causa nihil sumus dicturi, quod pluribus cognita esse arbitremur. Fatendum vero omnino est, ea, quae ab Cl. Auctore super his rebus sint dicta, Lectorum satisfactura esse expectationi.

V.

EIVSDEM *allgemeine Geschichte der Pflanzengifte. Nürnberg. bey Gabriel Nikolaus Raspe.* 1777. 8. 1 *Alph.* 11 *Bog.*

i. e.

Vniuersalis venenorum vegetabilium historia. Auctore EODEM.

In praefatione Cl. Auctor rationes indicat, cur quasdam plantas, quae interdum ex abusu noxiae fiant, a venenis separauerit, alias autem, etsi in minori dosi medicamenti instar agant, inter venena retulerit. Atque eas tantum plantas nominauit, quarum venenum certis experimentis probatum est: obseruationes aliorum, illustrationis causa, sedulo commemorauit. In describendis plantis magnam adhibuit operam, vsumque medicinalem vel alium breuiter tantum indicauit, et tentamina in animalibus instituta, si ad confirmandam vel demonstrandam plantae venenatae vim quid conferrent, vberius quoque enarrauit.

Etsi ex characteribus quibusdam externis, atque p. 2.
ex obseruatione plantarum, quas animalia in pastu intactas relinquunt, plantae venenatae cognoscuntur; tamen experimentis institutis, et experientia casu facta, ac medicorum et botanicorum repetitis obseruationibus venenata plantarum indoles certissi-

me cognoſcitur. Symptomata a venenis ſumtis medicum quoque ſaepe doceant neceſſe eſt: atque ſymptomatibus differunt venena animalium et mineralium a vegetabilibus, iis ipſis etiam diſcernat medicus, ex qua venenorum vegetabilium claſſe id
p. 12. ſit, cuius vires infringere ſtudet. Ipſa igitur venena vegetabilia, ſunt 1. *naturalia*, quae ex natura ſua vires venenatas habent; 2. *praeternaturalia*, quae vires noxias ex morbo, et mutata corruptaque naturali indole obtinent.

Naturalia venena nocent vel *intus* ſumta; vel *extus* applicata, vel vtroque modo. Priora ſunt acria, ſtupefacientia et paralyſin inducentia. *Acria*, eaque guſtu acerrimo rodente, odore tetro et ſuſpecto cognoſcuntur. Effecta ſubitanea et atrociſſima in internis partibus exſerunt, quae ſimilia ſunt ſymptomatibus febrium inflammatorum. Volatile, quod iis eſt, non tam copioſe odore ſentitur, quam in ſtupefacientibus; ſed deſtillatione, vel exſiccatione perit. Venenata harum acrium venenatarum plantarum indoles, ſalinae naturae proxima eſt, quibusdam exceptis, quarum vis a reſina pendet. Ideo, cum aqua ſalia diluat, haec ipſa, tepida, copioſiſſime ingeſta et externis partibus balneis et quocunque demum modo applicata, efficaciſſimum antidotum eſt habenda. Quae quidem aquae vis augetur, additis mucilaginoſis radicibus, herbis et fructibus, lacte, butyro; ſaepe acida vegetabilia, acetum, ſerum lactis acidum, potentia antidota praebent.

Quoad botanicos characteres hae plantae venenatae multum differunt: ideoque in claſſes eas diſpeſcit. Sunt enim

p. 23. 1. *Cucurbitaceae*, vti *Cucumis Colocynthis*.

2. *Lilia*,

2. *Lilia*, ſ. bulboſae. Huc pertinent *Fri-* p. 25.
tillaria imperialis, *Colchicum autumnale.*

3. *Perſonatae*, e. g. *Pedicularis paluſtris*, quae p. 39.
a bobus devorata mictum cruentum excitat: *Digitalis purpurea: Cyclamen Europaeum*, quod medium locum inter perſonatas et apocyna occupat. *Plumbago Europaea*, quae extus contra ſcabiem lotura adhibita totam cutem derodebat.

4. *Apocyna;* vt *Conuoluulus Scammonea*, p. 49.
Cerbera ahouai, cuius lignum, in aquam proiectum, piſces adeo ſtupidos reddit, vt manu capi queant; fructus ſ. nucleus indomabile venenum habetur. *Cerbera Manghas*, cuius fructus vomitus aliaque veneni effecta excitat. *Cynanchum erectum* et *viminale*. *Apocynum androſaemifolium*, cuius exhalationes faciem tumidam reddunt, et ſuccus laſtis manibus illitus easdem arrodit: *Apocynum cannabinum* et *Venetum*. *Aſclepias gigantea*, cuius ſuccus ad drachmam vnam cum dimidia interne ſumtus lethales ventri fluxus procreat.

5. *Vmbellatae*, ex his recenſentur: *Hydro-* p. 61.
cotyle vulgaris, quae oues inflammatione et mictu cruento afficit: *Oenanthe fiſtuloſa*, nauſeoſo ſapore ſuſpecta, et interne ſumta atrocia ſymptomata tandemque mortem affert, quod hiſtoria confirmatur. *Oenanthe crocata*, cuius odor iam vertiginem excitat. *Scandix infeſta*, quam ex nomine, a LINNEO ei dato, huc refert: *Thapſia foetida*, vomitus et lethales alui fluxus ciens.

6. *Ranunculis affines;* huc refertur *Aliſma* p. 73.
plantago aquatica, acris ſapore, bobus lethalis. *Clematis vitalba*, veſicatorias extus, intus lethales vires exerens. *Clematis flammula*, *erecta*, et *integrifolia*, omnes eadem qualitate pollentes: *Anemone pulmata*, *pulſatilla*, *pratenſis*, et *narciſſiflora*, quae parua doſi exhibitae, medicamenti, incaute datae,

veneni vim habent. *Caltha palustris*, in qua HALLERVS vrentem acredinem detexit et quam EHRHARDVS inter venena retulit.

p. 89. 7. *Ranunculi* et plurimae quidem eius species, praesertim R. *Flammula*, extus vesicas excitans, intus in equis et ouibus morbum hepatis inflammatorium mortemque producens. *R. lingua*, cuius acris vis priorem etiam superat: R. *ficaria*, in radice maxima acris vis, praecipue ante inflorescentiam, latet, reliquae partes omni acri expertes sunt vi. *R. sceleratus*, cuius omnes partes acres et noxiae sunt. *R. Illyricus et bulbosus*, qui priorem acri vi aequant, si non superant. R. *alpestris*, *polyanthemos*, et *acris*, similes viribus: extus influe vesicatorii vtiles sunt, et posterior equis contra obstructionem summam glandularum (*Rotz, la morve*) opitulatur: mittimus alias, quas etiam nominat Cl. Auctor.

p. 119. 8. *Euphorbiae*, cuius omnes species acrem et noxium humorem continent, excepta *Euphorbia dulci* et *hirta*. Ipsis apibus nectar earum nocet.

p. 144. 9. *Incompletae*, quarum flos calyce aut corolla destituitur. Huc pertinet *Arum*, eiusque species: *Ari maculati* folia radice sunt acriora, praesertim recentia: *Polygonum Hydropiper*. *Saulanthus* FORSKAELII, eiusque duae species: *S. quadragonus* et *glandulosus*, in Arabia nascuntur hae plantae, ibique venenatae habentur. *Iatrophae* species, quarum semina potissimum maxime venenata sunt. *Iatrophae Manihot* radix cruda celerrimum est venenum: *Ricinus communis*: *Croton Tiglium*, eiusque praesertim lignum et semina.

10. *Arbores et frutices*. Huc pertinent *Daphnes* species. *Cneorum tricoccum*, *Amyris toxifera*, ex cuius trunco niger et venenatus succus stillat. *Rhus* omnesque eius species. *Excoecaria Agallocha*

da, quae lignum Aloes vulgo dictum ſuppeditare dicitur. *Cambogia gutta*, ex qua *Gummi gutta* acerrimum venenum ſtillat. *Anacardium Occidentale*, in cuius nuce ſuccus rodens acer continetur. *Caryota urens*, palma baccam venenatam fouens. Alias minus cognitas plantas ſubiunxit.

Obſtupefacientia venena, ea non tam ſapore, quam potius odore graui, nauſeoſo, et ſenſus obnubilante, caput grauante et ſtupefaciente cognoſcuntur. Multa ſapore dulci ſeducunt. Exhalatio eorum iam nocet. Corpori applicata vertiginem, ſenſuum defectum, animi impotentiam, torporem et ſomnolentiam, tandem maniam excitant et ad mortem vſque hominem trucidant. Effecta in muſculis, ſanguine et humoribus reliquis producunt, maxime noxia, eosque ita reſoluunt, vt putridi plane fiant. Antidota ſunt primum vomitoria, deinde acida vegetabilia, addunt veſicatoria et neruina. Plantas hoc veneno inſtructas ad quinque claſſes reduxit Cl. Auctor. p. 190.

1. *Solanaceae*, quorſum pertinet *Phyſalis somnifera*, *Solanum lycoperſicum*, *mammoſum*, et *inſanum*: *Atropa mandragora*, *Datura*, inprimis *Stramonium*, *Hyoſcyamus*, *Azalea Pontica*, quam pecora non tangunt, ſumta obſtupefacit ad mortem vſque. p. 197.

2. *Perſonatae*, vti *Antirrhinum orontium*, quod LINNEVS venenatum eſſe dixit. p. 245.

3. *Polyandrae*, e. g. *Actaea ſpicata*, quae extus veſicas excitat; baccae aues necant, hominibusque periculoſae ſunt. p. 247.

4. *Gramina*, vt *Lolium temulentum*, cuius ſemina valde venenata eſſe multis obſeruationibus conſtat. p. 249.

5. *Apetalae*; huc refert *Chenopodium hybridum*, quod periculoſa ſymptomata in corpore humano p. 261.

mano produxiſſe teſtatur RÜST *): *Taxum baccatam*, cuius vis venenata nondum certe eſt demonſtrata.

p. 269. Denique plantas recenſet, quarum vis et acris et *ſtupefaciens* eſt: eae ideo quoque notas vtrumque priorum claſſium quaſi coniunctas habent. Sapore et odore ſingulari ſenſus afficiunt, exhalationes earum ſenſus obnubilant. Symptomata priora coniuncta efficiunt, praecipue tamen humorum reſolutio celeris ſequitur. Antidota ſunt eadem, quae in obſtupefacientibus venenis. Casu adhibitae medicamentoſas vires exſerunt. Claſſes, ad quas eas reduxit, ſunt hae:

p. 273. 1. *Arbores et frutices*, vt *Hippomane mancinella*, cuius ſuccus lacteus acris et venenatus eſt: *Cancer ruricola*, poſt eſum fructuum huius arboris venenatus hominibus fit. *Meniſpermum Cocculus*, cuius baccae piſces ſtupidos reddunt; hominibus nauſeam, animi deliquia, fluxus ventri cruentos creat. *Coriaria myrtifolia*, capris et ouibus convulſiones excitat; hominesque epilepſia ſaepius lethali corripiuntur baccis eiusdem comeſis, vt SAVAGES **) expertus eſt. *Prunus laurocerasus*, foliis et petalis periculoſa: aqua enim inde deſtillata hominibus eſt lethale venenum, quod HERISSANT ***) aliique experti ſunt: *Strychnos*, eiusque ſpecies, vt *nux vomica* et *colubrina*. *Nerium oleander*, cuius omnes partes amaro et acri ſapore praeditae vehementes et veneno proximas vires edunt.

p. 290. 2. *Solanaceae;* huc pertinent: *Atropa Belladonna*, de qua plurima exſtant teſtimonia ****) Nicotia-

*) In diſſertatione ſup. laudat. p. 425.
**) Hiſt. de l'academie de ſcienc. à Paris 1739. p. 473.
***) *Philoſ. Tranſact.* Vol. XLVII. p. 82.
****) DARIES diſſ. de Atropa Belladonna. Lipſ. 1764.

Nastiana ſpecies: Cl. Auctor hic quadraginta commemorat ſcripta ſuper huius plantae viribus. *Bryonia alba.*

3. *Vmbelliferae*, e. g. *Chaerophyllum* inprimis *ſylueſtre* et *bulboſum*. *Aethuſa cynapium*, cuius diſcrimina a reliquis culinaribus vmbellis Cl. Auctor diligenter indicauit. *Sium latifolium*, cuius radix maniam et mortem in puero excitauit: *Cicuta virioſa*, quae plurima ſubitanea mala et tandem mortem excitans ſedulo a ſimilibus eſt diſtinguenda. Plurimis hiſtoriis Cl. Auctor venenatam eius-dem indolem illuſtrauit. *Conium maculatum*; planta et venenata et medicamentoſa indole ſatis celebris. p. 319.

4. *Polyandrae*, qualia ſunt: *Delphinium ſtaphis agria*, cuius ſemina inflammatoriam acredinem ſouent. *Helleborus foetidus*, qui reliquis ſpeciebus fortius agit, alui fluxus mortemque inducit. p. 380.

5. *Plantae vno tantum floris inuolucro inſtructae*, vt *Mercurialis perennis*, cuius vſus a SLOANIO *) hominibus valde noxius perhibetur. p. 385.

6. *Fungi*, quorum ſane multi venenoſi ſunt, eoque periculoſiores, quo minus ſatis attente eorum ſpecies diſtingui ſolent. Atque, quum Cl. Auctor non omnes fungos, quos nonnulli Auctores venenatos dicunt, commemorare potuerit: hic generatim tantum indicauit noxas, quas fungi omnes etiam ii, qui vulgo comedi ſoleant, in humano corpore excitant, ſigna ſuſpectorum enumerauit et eos ſigillatim recenſuit, quos certis experimentis venenatos eſſe confirmant. Hi ſunt *Agaricus muſcarius*, *piperatus*, *luteus* (*Champignon jaune*). p. 388.

Iam ſequuntur *venena*, *quae motus voluntarios impediunt*, eaque lente agunt, et prioribus debiliora p. 403.

*) Philoſoph. Tranſact. n. 203. p. 640.

liora sunt. Huc pertinet *Lathyrus cicera*, et *Caruna* BANCROFTI. Vomitoria et mucilaginosae oleosaeque potiones antidota praebent.

p. 407. Altera in sectione ea venena recensentur, quae tum demum nocent, si in vulnere sanguini immediate immiscentur. Huc pertinet planta a BANCROFTO *Nibbees* dicta, quae forte ad *Cissum* LINN. huius radix maxime est venenata, eiusque succo inspissato tela venenata redduntur: Succus hic calore funditur et fluidus fit, neque alcalinus, neque acidus est; sanguini immixtus impedit secretionem seri sanguinei a cruore. Si deglutitur vel extus cuti illinitur, nihil nocet, sed in vul-
p. 413. nere lethalis est. Huc etiam pertinet venenum *Tirnuae*, cuius arboris CONDAMINE *) meminit, vti quoque *Lamae*, arboris Peruuianae, quam indicat VLLOA **). Antidota, praeter saccharum et sal, adhuc incerta, nondum cognita sunt.

p. 419. In tertia sectione ea Cl. Auctor contemplatur venena, quae tam in vulnere, quam deglutita nocent et mortem inducunt: ea vel naturam *acrium* venenorum habent, vt *Veratrum album*, *Helleborus niger*, *Ranunculus Thora*, *Anemone nemorosa*, et *ranunculoides*. *Aconitum cammarum*, et *Napellus*
p. 455. et *lycoctonum*. Vel sunt *obstupefacientia*, vt *Papauer somniferum*, praesertim eius succus inspissatus, Opium: *Chelidonium Glaucium: Lactuca scariola et virosa*, et alia ab Indis adhibita.

p. 489. *Praeternaturalia venena*, vel naturali corruptione oriuntur, vti clauus secalinus, vel secale cornicu-

*) Relation abregé d'un Vogage fait dans l'interieur de l'Amerique meridionale etc. Paris. 1745.

**) Relacion historion del viage al America meridional. et Philos. Transact. Vol. 47. p. 75. seq.

cornicolatum, vstilago, de quibus diligenter, quae
ssim scripta sunt, collegit Cl. Auctor: deinde
lera ab insectis arrosa et iis obsessa, semina oleosa,
ncida facta, corpora nutrientia putrida, vti caro
trida, oua rancida, et similia. Antidota in vo-
itoriis et acidis posita sunt. Vel haec venena p. 518.
gne ex plantis producuntur, vti rancidum et foe-
us oleum tabaci, et cineres clauellati.

VI.

IVSDEM *allgemeine Geschichte der mineralischen Gifte. Nürnberg, bey G. N. Raspe.* 1777. 8. *Seitt.* 316.

i. e.

IVSDEM vniuersalis historia venenorum mine-
ralium.

Laetamur profecto inceptos de venenis labo-
res Cl. Auctoris, ad finem esse perductos, cum non sine summa hoc fieri potuerit opera et studio. Quae quidem eo magis in hoc aucta videntur operis volumine, quo occultius lateant in eo considerata naturae corpora. Mineralia nempe, de quibus loquitur Cl. Auctor, forma sua, natura effectibusque adeo inconstantia, non poterant, nisi summa studii assiduitate in eum redigi ordinem, in quem a Cl. Auctore relata videmus.

Praemissis vero breuissime antidotis vniuersalibus, quae in oleosis et aquosis calidis affatim sumtis consistunt, venena ipsa in *acidorum*, et *adstringentium* classes dispescuit. Priores illorum iterum in *mechanica* et *chemica* subdiuisit. Mechanicis, quae ipsi vel *naturalia* vel *artefacta* videntur, descriptis, antidotisque adhibendis nominatis, ad p. 3. p. 6.

quae

quae opium, vel venaesectio in plethoricis saepius referenda, ad naturalia illa enarranda, accurateque describenda progreditur. Sufficiat quaedam nominasse, cum omnia repetere nostri instituti ratio non permittat. Pertinent vero ad haec Lapis Lazuli, crystallus montana, lapidesque pretiosi singuli, a veteribus in variis morbis laudati, ob figuram tamen, quae iis competit, iure meritoque suspecti. Arte vero producta huius generis venena, hominibus consueta ratione nocentia, brutis ne tantillum quidem obesse solent, et antimonii varia praeparata, vt regulum, crocum, vitrumque istius, aliaque magis trita atque in communi vita vsu recepta vitri genera complectuntur.

p. 26. Transit dein Cl. Auctor ad venena acido mechanica chemicis conatibus progenita, quae quidem vel *salinae* indolis, vel *metallicae* proprie sic dictae esse contendit. Retulit ea propter ad priorem venenorum seriem *a*) acida mineralia quaevis, qualia sunt, vitrioli, nitri salisque, *b*) alia ex metallis variis, antimonio, mercurio, cupro, argento auroque, hoc et illo modo producta. Commemorauit vero quaeuis, quae ex his praeparantur, corpora, ipsorum formam descripsit, effectus inde ortos indicauit, eosque exemplis varii generis corroborauit, cautelas, quae noxas hinc redundantes impedire possint, praescripsit, variaque remedia, contra vim pharmacorum illorum applicanda, definiuit.

p. 99. Venena acido chemica complectuntur ea potissimum, quibus arsenicale inest principium, quae quidem eo periculosiora esse existimat Cl. Auctor,

Auctor, quo celerius et fortius agant, inprimis cum arua, exitiali tamen, doſi ore ſumta, vix quid- quam, quod perniciem hinc oriundam declarare poſſit, manifeſtent. Exiſtimat, neque id immerito, niſi fallimur, incognitorum venenorum elementa vtplurimum in principio arſenicali eſſe quaerenda, propterea quod haec omnium optime velari, aliisque miſceri poſſint. Huc vero referantur quaeuis arſenici naturalis varietates, calces arſenicales, ſolutiones eiusdem diuerſae- que huius generis mixturae, ad quas poſteriores itaque ea relata videmus metalla, quorum continuae particulae illius quandam continent quantitatem. Haec vero ſunt nicolum, cobal- tum, antimonium rubrum, wismuthum, minerae cupri, argentique variae arſenicum fouentes, cog- nitae ſatis, ſtannumque ipſum. Etſi vero vniuerſa p. 130. haec tractatio, nobis omnino placuerit, tamen Cl. Auctoris opinioni, de vſu arſenici in aqua ſoluti, ad carcinomatis progreſſum, ſiſtendum adhibiti, pe- riculoſo, imo prorſus noxio, ſubſcribere non po- ſſumus, cum rationes, quibus oppugnauerit Cl. FOURE DE ST. ILDEFONT, experientiam non ſatisfacere prorſus videantur.

Venena *obſtruentia*, adſtringentia prius dicta, p. 167. quae multo lentius, quam priora agere ſolent, ſunt duplicis naturae, *metallicae* nempe atque *terreae*. Priora illa calcem wismuthi, plumbumque quouis modo ſumtum complectuntur, quorum vero praeparata, atque in animali machina effectus adeo cognitos eſſe ramur, vt repetitione illorum facile hic ſupersedere poſſimus. Poſterioris vero generis venena, terreſtria dico, calcem, gypſumque continent.

Finitur

p. 260. Finitur vero de venenis tractatus exempli variis venenorum adhuc indefinitorum ex omni aeui hiſtoria petitis, quorum ſi quis habere ve luerit notitiam, Cl. Auctoris librum ipſum vt ad eat, neceſſe eſt.

p. 277. Is vero, quem adiecit, index venenorum de ſcriptorum, omnium trium voluminum reſpic venena, eumque, ad vnum quodque ſine magn difficultate inueniendum, multum collaturum ei ſumus perſuaſi.

Nos in recenſione horum librorum brevit ſtudendum eſſe duximus: quum multa quidem di ligenti obſeruatione Cl. Auctoris conſcripta ſi praeſertim quod attinet deſcriptiones corporu ſingulae rei ſubiunctas, quae ſane multam la dem merentur, magnaeque ſunt vtilitatis: plu rima tamen aliorum Auctorum obſeruata hic col lecta ſunt, quae ipſa vberius in libris legi me rentur.

VII

Diſſertatio chemica de Arſenico, quam Pra ſide M. TORB. BERGMANN, defendit An dreas Pihl. d. 7 Maj. 1777. Vpſaliae, ty typis Edmannianis. plagg. 3.

Docte ſcripta et experimentis memoratu digni ornata haec diſſertatio noſtram meretur attention nem. Arſenico ſalina *) et ſulphurea qualita non ſemper, ſed quodam tantum ſtatu adſcri poteſt. Neque arſenicum mineraliſans aliorum metal

*) Acidum purum ex Arſenico elicuit SCHEELIVS. vid. Kongl. Vet. acad. Handl. 1775.

metallorum ſubſtantia *) ſed vere ſemimetallum, a reliquis diuerſum eſt.

Arſenicum regulinum eſt 1. naturale, cuius loca natalia, et ſigna externa indicantur; 2 artificiale. Regulino adnumerat Pyritem arſenicalem, vulgo *Miſſpickel* dictum, qui omni priuatus ſulphure, arſenico ferroque in forma metallica vnitis conſtat. Habitum deinde arſenici regulini, aliis via ſicca admixti materiis inquirit: nempe metallis vnitur, ſalibus alcalinis non, cum acido arſenici ſicco prius ſublimatur, quam illum adgredi poteſt acidum, ſi vero acido fuſo immittitur, accenditur et fuliginem ſpargit albam; cum ſublimato corroſiuo in deſtillatione butyrum fumans, paullum mercurii dulcis, et hydrargyrum currentem exhibet: ſulphure et hepate ſoluitur. p. 5.

Via humida aliis materiis admixtum ſic ſe habet: acidum vitrioli concentratum igne iuuante regulum adgreditur, ſic quoque acidum nitri; acidum ſalis ebulliens quidquam valet: acidum arſenici ſub digeſtione eum in calcem albam mutat. Solutiones reguli natiui ſemper cum alcali phlogiſticato coeruleum Berolinenſe porrigunt, quo ferri praeſentia probatur. Alcalia via humida ferius, quam ſicca operantur. Olea vnguinoſa regulum ebullientia ſoluunt. Arſenicum et ferrum in miſcela naturali vnita acido ſalis vel aqua regis ſub digeſtione ſeparantur. p. 8.

Arſenicum album nihil aliud eſſe dicit, quam acidum ab omni alio cognito diuerſum, tanta phlogiſti quantitate foetum, quanta eiusdem coagulationi ſufficit: 100 eius partes, 20 ſaltim phlogiſti adhuc continent; acidum hoc per ſe fixum eſt; igne vero candens ex calore phlogiſton ſuſcipit, arſenicum album regenerans. Veriſimillimum p. 10.

Noſtro

*) vid. MONNET ſur. l' arſenic. comm. noſtr. Vol. XX. p. 254.

Noſtro eſt ſingula metalla eſſe acida diuerſa, phlogiſto intime ſaturata. Calces metallicae phlogiſto ſcatent, et pleraeque ſimul acidum continent aëreum.

Iam arſenici albi ſ. calcinati habitum, aliis et via ſicca, et via humida admixti materiis expendit.
p. 12. Alcalia arſenicata, quae vulgo acidis decomponi non poſſe perhibentur, re vera decomponuntur. Nam ſi, addito acido vitrioli, ſoluatur alcali vegetabile arſenicatum, ſal obtinetur tartaro vitriolato ſimile: Etſi ſolutio non turbatur, quoniam acidum arſenici, quod tantum ineſt, per ſe ſit ſolubile. Arſenicum album integrum, non ſolum arſenicale acidum, calcibus metallicis adunatur. Si acidum vitrioli arſenico albo adfuſum calore ſiccum vaporat; haec operatio, pluries repetita, arſenicum figit, phlogiſton auferendo, tandemque purum exhibet arſenici acidum. Similiter res ſe habet cum acido nitri. Gummi arſenici vulgo dictum, eſt arſenicum plus minus dephlogiſticatum, ſemper albo pauperius. Acidum ſalis, quod phlogiſton inſtar principii continet, concentratum arſenici albi tertiam ſui ponderis partem ebulliens ſoluit, eiusque ſub refrigeratione magna portio, acido ſalis ſaturata, ſeparatur, eſtque hic ſal reliquis multo volatilior. Acido ſalis non denudatur arſenici acidum: ſi vero arſenico albo, ad ſaturationem acido ſalis ſoluto, inſtilletur acidi nitroſi duplum, et hoc liquidum euaporet, reſtabit acidum arſenici, quod igne acido peregrino liberatum. Hinc patet arſenicales ſolutiones, acidis factas, ab indole conſueta recedere, quod phlogiſto adeo laxe adhaerenti, vt acidum arſenici denudetur, adſcribendum eſt.

Sequun-

Sequuntur arſenici mineraliſati diſquiſitiones. p. 17.
In aceruis minerarum arſenicalium vſtulatis haud
raro egregiae occurrunt cryſtalli, partim tetraë-
dricae, partim octaëdricae, quarum nonnullae ca-
nas tantum pyramides monſtrant trigonas vel tetra-
gonas, triangulis ſingulis ex filamentis, lateribus
reſpectiue parallelis, compoſitis. Pyramis caua
trigona, minoribus ſaepe oppleta, magnitudine
decreſcentibus, tetraëdrum; octo vero tetraëdra
ita diſpoſita octaëdrum formant. Haec, via ſicca
data compages, illi omnino eſt ſimilis, qua via
acida ſal culinare et alia conſtructa ſunt.

In auripigmenti cum mercurio ſublimato cor- p. 19.
roſiuo deſtillatione liquor ſupernatans, quem oleo
comparant Auctores, eſt butyrum magis dilutum,
quod ob aquam praeſentem arſenicum parcius
ſuſcipit.

Acidum nitroſum riſigalli colorem rubrum
in flauum mutat. Aqua regis arſenicum ſub diu-
na digeſtione ſuſcipit, adeo vt ſulphur ſolum in
reſiduo maneat. Hinc rationem ſulphuris ad arſeni-
cum eruere licet, inuenitque eam Cl. Auctor in cry-
ſtallis riſigalli Puteolani vt 1 ad 19, in auripigmento
Smyrnaeo vt 1 ad 9. Ferrum non ſemper ineſt
minerae argenti rubrae.

De vſu arſenici breuiter. In medicina atro- p. 22.
ſſimum hoc venenum inſtar acidi maxime corro-
dendi agit. Thermae Carolinae morbis ex arſenico
ortis medentur. *Pſilothrum* Turcicum auripig-
mentum continet. Vina mangoniſata *liquore pro-*
uerbii *) diſquiſita, vti quoque *hepate ſalino* cog-
noſcuntur. Aſt hoc medium foeda lucrandi cupi-
do eludere didicit, niſi iterum chemiae ope fraus
denudetur. Si cretae paullum vino eſt ſolutum,
fallit

*) v. comm. noſtr. Vol. XXI. p. 524.

fallit hepar ſalinum; calcareum enim album ſimul decidens nigredinem minuit: copioſus tartarus probatorium liquorem ſpernit, quoniam tartari acidum calcem arripit, ſalemque album difficillime ſolubilem efficit.

VIII.

Beſtätigte Kräfte der Eicheln in einen Schreiben an den Herrn Doctor LEOPOLD AUENBRUGGER *zu Wien von D.* M. I. MARX, *Hannover bey Johann Willhelm Schmidt.* 1776. 8. *Seit.* 68.

i. e.

Vires glandum confirmatas continens epiſtola M. I. MARX ad Experientiſſimum Virum LEOPOLDUM AUENBRUGGER.

Laudauimus iam tum, cum Cl. SCHROEDERI libellum de hac re recenſuimus *), Cl. MARX obſervationes, quae vtilitatem huius remedii confirmabant. Tabes, tuſſis ſpaſtica, malum hyſtericum, in quo praeter glandes pro potu ordinario decoctum foliorum aurantiorum ſuadet; morbus conuulſiuus, cachexia cum menſtruorum impedimentis, aſthma ſpaſticum, dolores acerbi ad menſtrua, diarrhoea, catalepſis, epilepſia, ſoda, cardialgia, hydrops, haemorrhagia vteri, atrophia cet. ſunt morbi, quibus conduxit hoc remedium, a Noſtro partim, partim ab aliis obſeruati et cum Noſtro communicati. Finit has obſeruationes appendix, qua complectuntur ea obſeruata, quae Cl. MARX inſeruit promptuario Hannouerano et a nobis ſupra **) indicata ſunt.

Vtili-

*) v. comm. noſtr. Vol. XX. p. 636. ſeqq.
**) v. ib. p. 638. tert. decad. Suppl. I. hor. comm. p. 35.

Vtiliter decocto glandum adiunxit folia au- p. 29.
rantiorum, vti ſupra diximus, Cl. MARX, atque monet, forte experientiam docere in poſterum vtilitatem remedii neruini, inter vſum glandum.

Communicatur hic caſus a Cl. BLOCH obſer- p. 36.
vatus, qui hydropem cum epilepſia ſpectat. Solo hoc remedio vſus eſt Cl. BLOCH feliciter cum lacte, chocolata, ſucco citri, prout guſtus aegri ferebat. Praeterea in variis chronicis morbis glandes feliciter et infeliciter adhibuit Cl. BLOCH, atque omnino obſeruauit, eas diureſin potiſſimum efficere. Sudorem vero viſcidum, quem Cl. SCHROEDERVS inprimis inter earum vſum animaduertit, bis modo vidit.

IX.

IAC. REINBOLDI SPIELMANN Doctoris et Profeſſoris Medicinae Cap. Thom. Can. Acad. Caeſar. Natur. Curioſ. et Petropolitan. Reg. Berolin. Patriot. Suec. Elect. Mogunt. et Palatin. Sodalis Regiae Scientiarum Pariſiens. Correſpondentis Syllabus medicamentorum. Argentorat. apud Bauer et Treuttel 1777. 8. pagg. 128. praeter praefationem et indicem.

Hic ſyllabus, vti ex praefatione elucet, exhibet medicis in praxi parum adhuc verſatis largum remediorum, quae ad ſcopum, quem ſolida morborum cognitio indicat, facere poſſunt, indicem et quantitatem, qua vna vice exhiberi queant, ſiue doſes et formas, quibus ea liceat accommodari. Ea medicamenta potiſſimum Cl. SPIELMANN elegit, ac congeſſit, quae in Pariſienſium, Würtenbergenſium

ſium et Argentoratenſium pharmacopoliis proſtant. Nec praetermiſit ſuperflua et dubia medicamenta eaque inertia, quoniam iunioribus medicis non ſolectorum, ſed vſitatorum medicamentorum ſyllabum voluit exhibere. Redegit medicamenta ad therapeuticos titulos. Doſes ſtatuit circa heroica, quae homini robuſto et adulto conueniunt. Externorum remediorum quantitatem, cum ipſa pars, cui applicantur, vt plurimum determinet, pondere aut menſura hic definire non opus eſſe duxit Cl. Auctor.

En quaedam exempla:

Sal ſodae dr. 2. *Pulv. Elect. Potio Mixt.* med. Smegma.

Acaciarum exſiccat. dr. 1. *Pulv. Elect.* dr. 1. cum aqua vnc. 6 ad vnc. 3. *decoct.*

Oleum anethi deſt. ſcrup. ſem. *Elaeoſaccharum. Morsul. Rotul. Trochiſci. Balſam. Vnguent.*

Sulphur antimonii aurat. gr. 1. *Pulv. Bolat. Elect. Morſul. Rotul.*

X.

ERNST ANTONS NICOLAI *Pathologie oder Wiſſenſchaft von Krankheiten Vierter Band. Halle in Magdeburgiſchen von Carl Herrmann Hemmerde* 1775 8. *Seitt.* 416.

i. e.

ERNESTI ANTONII NICOLAI pathologia. Tom. IV.

In hoc tomo quarto *) perſequitur Cl. Auctor morbos ſyſtematis neruoſi: e. gr. animi deliquia vt lipothymiam, lipopſychiam, apopſychiam, eclypſin, ſyncopen, aſphyxiam, quae gradu differunt,

*) Priores tomos v. ſupra p. 334.

ferunt, apoplexiae varias ſpecies, paralyſes, hemiplegias, lethargum, carum, coma ſomnolentum ex vigili, catalepſin, tetanum, emproſthotonum et opiſthotonum, ſpasmos clonicos et tonicos, epilepſiam, choream St. VITI ex morſu tarantulae, coecitatem et cataractae varias ſpecies, nyctalopiam et hemeralopiam.

Actiones vitales et motus vitales dum Noſter contemplatur, ad lipothymias varias, ex ſpasmo ſcilicet, ex defectu virium, ex haemorrhagiis ſponte et arte obortis, ex nimia animi commotione, ex idioſyncraſia, ex aëre, exaeſtuatione corporis, polypis, ex fabrica laeſa cordis, a conuulſionibus, venenis, externis laeſionibus, concubitu et grauiditate, paracenteſi cet. oriundas Cl. Auctor ſeſe confert. p. 3.

Animi deliquium et interdum mors ex paracenteſi, tribuitur a Noſtro non preſſioni aortae, ſed reſpirationi impeditae ex nimia laxitate muſculorum abdominalium, qui, aqua omni euacuata, reſiſtere nequeunt, ad quod ideo impediendum ſuadet Noſter abdominis compreſſionem. p. 34.

Periodicis animi deliquiis enarratis ſequelas eorum Noſter attendit et Cl. SAVVAGES *) diuiſionem et nomina animi deliquiorum addit. Nervis eorumque fabrica conſideratis, ſenſum et motum Cl. Auctor conſiderat. Vis mouens fibris, contextui celluloſo, membranis, vaſis, canalibus aliſque, praecipue vero fibris muſcularibus et musculis propria duplex Noſtro videtur, nimirum *elaſtica* ſeu *phyſica*, quae conuenit cum aliis elaſticis corporibus, et *vis viua*, quae a vita pendet, ſit quaecunque ſit. p. 39. p. 64. p. 68.

Sententias porro de effectu neruorum, vt GRAVENII, EBERHARDI, ROBINSONI, KRÜGERI aliorumque p. 73.

*) vid. comm. noſtr. Vol. XII. p. 37.

rumque virorum doctorum communicat Cl. Auctor et de elasticitate, tensione, materia neruea, eius motu, neruorum diuisione in sensorios et motorios, sede animi in sensorio communi, irritabilitateque varia disputat.

p. 109. Postquam Cl. Auctor in vniuersum de statu praeternaturali cerebri et neruorum, eorum officium turbante, disseruit, ad apoplexiam venit eiusque varietatem perpendit. Ac primum quidem distinguit apoplexiam ab animi deliquio, sopore, lethargo, catarrho suffocatiuo et epilepsia, dein varios apoplexiae gradus expendit, vt est apoplexia sanguinea, serosa, pituitosa, polyposa, purulenta, spastica, idiopathica et symptomatica cet. et exemplis confirmat.

p. 170. Paralyses aut oriuntur ab apoplexia et eius sunt sequelae, aut sine ea. Produnt semper vitium vel nerui, vel vasorum vel fibrarum muscularium seu musculorum.

p. 219. Tetanum, quem Noster a catalepsi distinguit,
p. 245. diuidit in vniuersalem et particularem. Ad particularem pertinent trismus, spasmus cynicus, tortura oris, seu spasmus maxillae inferioris, strabismus, priapismus, tetanus diaphragmatis et glossocele.

p. 251. Spasmi clonici sunt motus conuulsiui seu convulsiones. Ad epilepsiam requiruntur motus convulsiui vnius vel plurium partium et abolitio sensuum. Fortiores et debiliores conuulsiui motus gradum epilepsiae definiunt. Laudat inprimis hic Cl. TISSOTVM *).

p. 261. Transit Noster ad choream ST. VITI **) et tarantismum. Tarantismo laborantes appellantur taran-

*) v. Tr. de l'Epilepsie v. comm. nostr. Vol. XX. p. 693.
**) v. comm. nostr. l. c.

tarantati, tarantolati, tarantuliti. Hi aegroti a tarantula icti in dubium vocantur et eorum morbus vel ad simulatos vel ad hysstericos aut hypochondriacos aliosque morbos refertur *). Feminis potius solennis est, quam viris.

Differit hic Noster de imbecillitate motuum et sensuum et de vitiis sensuum in genere. Ac primum quidem coecitatem persequitur Cl. Auctor. Atque hic sedes cataractae variaeque eius species considerantur, vt sunt vera et spuria, solida et fluida, crystallina, membranacea, cystica, purulenta, lactea, caseosa, fibrosa, filamentosa, fluctuans, tremula s. mobilis, mixta et composita, amaurosis s. gutta serena cet. et causae cataractarum disquiruntur. Inter causas amauroseos numerat Noster et stagnationem viscidi tenacis in neruo optico, qua occasione saliuationis mentionem facit, quippe quae remedium amauroseos praedicatur. Id vero non vbique mederi amaurosi, quid quod per saliuationem amaurosin oriri posse, Noster asserit. p. 292. p. 376.

Finit Cl. Auctor hunc tomum quartum nyctalopia et hemeralopia et, vti solet, exempla a variis Auctoribus collecta notat. p. 387.

XI.

Aduersaria Medica. Auctore I. D. METZGER. M. D. Celf. Com. Benth. Steinf. Conf. Aul. et Archiatr. Com. Steinf. Phyf. Ord. Continent chirurgica, physiologica, practica. Traiecti ad Mosam. Typis I. E. Dufour et Francof. ad Moenum in officina Eslingeriana. MDCCLXXV. 8. plagg. 18 1.

*) v. ib. Vol. IV. p. 452. it. Vol. VIII. p. 4. sqq. Vol. XI. p. 486. it. Vol. XX. p. 487.

Exhibet Cl. METZGER in hoc, cuius summam iam proponamus, libro quinque diuersi argumenti tractatus. In priori nempe de laesionibus capitis quaedam meletemata proponit; in altero virtutem neruorum eorumque imperium diiudicat; in tertio de antagonismo naturae solemni differit; in quarto historiam variolarum artificialium narrat; et in quinto denique morbum sectionemque hominis ob osseum oesophagum fame consumti exponit.

p. 3. Primo capiti causas praemisit, quae ipsum impulerunt, vt de hac chirurgiae parte ea collegerit, quae adhuc a viris in arte claris sparsim copiosiusque fuerunt dicta. Praecipua vero causa fuit, chirurgorum quorundam in hisce morbis sanandis inscitia, ab doctrinae ipsius ambitu per plurium librorum volumina nimium diffuso, magis magisque aucta.

p. 12. Praemittit vero anatomen atque physiologiam cerebri, vulneribus visceris ipsis. Respondetur in hoc capite ad tres inprimis quaestiones; nempe an aeque sensiles sint omnes partes encephali, quae plurimum sentiat, et denique vtrum medullae sentiendi facultas sit praeferenda corticis sensibilitati. Quibus quidem ita satisfacere studet, vt dicat, partes cerebri superiores sensu hebetiori gaudere, quam inferiores, quod chirurgia commonstrare videtur. Ex inferioribus vero cerebri partibus medulla oblongata sensu acutissimo praedita esse videtur Cl. Auctori, propterea quod vulnera aliarum partium omnium non sint absolute lethalia, huius vero partis vulnera mortem illico sequantur. Tertiam quaestionem ita dissoluit, vt affirmet, corticem a medulla in sentiendo neutiquam superari, imo aequiparandam esse illius vim huius sensui.

Descri-

Descriptis integumentis cerebri variis, notionem laesionum capitis variarum exhibet, quarum quidem tres constituit species. Prima illarum tegumenta externa, ossibus encephaloque saluis, destruit, altera morbos ossium cerebrique ipsius vulnera absque omni tamen visceris illius commotione comprehendit, tertia denique encephalum ipsum commotum, caluaria siue laesa siue illaesa fuerit, spectat. De prioribus illis vix quicquam se dicturum esse affirmat, propterea quod neque vitae, neque sanitati hominis multum periculi afferre soleant, hortaturque medentes, vt ad vltimum genus eo studiosius attendant, quo maiora vulgo in aegroto excitet damna. p. 19.

Differit deinde de Auctoribus, qui de commotionibus cerebri egerunt, atque de illorum variis placitis, quae de causa huius concussionis statuerunt. Ipse vero putat, causam huius malì in medulla oblongata compressa esse quaerendam. Diuersitas vero symptomatum compressionem sequentium vnice, vt Ipsi videtur, pendet a differente grauitate, directioneque corporis laedentis. p. 23.

Causam sanguinis per ictum extrauasati in cerebro repetit a debilitatis vel ruptis encephali vasis, arteriosis aeque, atque venosis. Vulnera vero sclopetaria inprimis hocce stipantur symptomate; quorum quoque vulnerum exemplo Cl. LE CAT, asseueranS a sanguine vel sero in cerebrum effuso apoplexiam oriri nunquam, sed ex spasmodicis durae meningis contractionibus, refutatur. p. 32.

Symptomata a concussione cerebri orta, quae memorauit Cl. Auctor ex CELSI, VAN SWIETEN aliorumque operibus, iam cognita, hic omittimus. p. 38.

Refutauit opinionem eorum, qui ad explicandam conuulsionum causam, commotionem cerebri in parte affectae opposita sequentium, p. 44.

ad acrimoniam vel decuſſationem neruorum confugiunt, putauitque ſympathiam neruorum ſolum, ad rite explicandum illud phaenomenum, ſufficere. Diuiſit deinde ſymptomata ab commotione cerebri progenita, in *primaria* et *ſecundaria*: quorum priora ab ipſa commotione, concuſſionis ipſius momento, cieri ſolent, poſteriora vero ab effuſione humorum ſuam ducunt originem. Haec eo magis ſunt attendenda, quo ſaepius ortus tempore varient, mox enim citius, mox tardius, mox cum primariis ſimul aegrum inuadunt, ita vt a prioribus ſaepe non absque difficultate diſcerni queant.

p. 47.

Diſſeritur porro de cauſis vomitus, mictionis alui naeque excretionis inuoluntariae, quae quidem ſigna non tam a ſphincterum paralyſi, quam ab ipſorum ſpaſmo deriuantur. Putat enim harum regionum ſphincteres, animo neutiquam obtemperare, adeoque ipſorum actionem, animi cum corpore commercio turbato, ceſſare non poſſe, quod quoque ex paralyſeos morti accedentis exemplo corroborare ſtudet, atque ex retentione ſcybalorum lotiique orta, ſi paralyſi deſtruuntur nerui inteſtinorum atque veſicae ob compreſſam medullam

p. 53.

ſpinalem, a qua fuerint profecti. Symptomatum ex concuſſione ortarum vehementiam, ab ictus varietate deriuandam eſſe merito cenſet. Inter ſymptomata vero huius mali atrociſſima refert apoplexiae quoddam genus a ſola cerebri turbatione, nec a cauſis apoplexiae conſuetis obortam.

p. 60.

Diſcrimen vero ſequelarum ab effuſo in cerebro humore ortarum, pendet 1) ab humoris ipſius *genere*, ſeroſus nimirum a vaſis bibulis facillime reſorbendus, minora procreabit damna; 2) ab eius *copia*, corrumpet enim facillime, ſi nimius fuerit extrauaſatus, cerebri ipſius maſſam; 3) a *loco*, in quem effuſio fuerit facta, minoris namque momenti

p. 65.

menti erit effusum in tegumentis vel superioribus partibus cerebri, propterea quod, remediis frustra tentatis, trepanatione certe auferri poterit; 4) *a cebritate*, qua effluxit, pressioni enim paulatim euenienti sensim assuefiet cerebrum. Sequelae vero effusi, sunt pro diuersa fluidi natura vel inflammatio cerebri vel hydrocephalus, eaeque medelam vix accipiunt. Metastasis humorum si euenit, non solum ad hepar, vt Cl. BERTRANDO visum est, contingit, sed si MORGAGNO fides est habenda, ad singula aliarum cauitatum viscera.

Therapia generalis consistit in corporis quie- p. 70.
te, in remediis resorptionem promouentibus, atque in neruinis roborantibus, inter quae cortex Peruuianus eminet. Probat deinde SWIETENII, p. 72.
HALLERI aliorumque auctoritate sanguinem, serumque extrauasatum resorberi vtplurimum, et experimenti cuiusdam ope, a semet ipso in cane venatico, cui cranio diffracto sanguinem instillauerat, instituto confirmat. Hanc vero resorptionem con- p. 79.
ciliant *venaesectio largior* in vena saphena et in iugulari, quo et deducatur et minuatur in capite sanguinis massa, *cucurbitulae*, et *vesicantia* nuchae inprimis applicata. Praeter diaetam parcissimam p. 85.
sunt, his factis, *purgantia eccoprotica*, quorsum etiam *thymata* pertinent, exhibenda, *diluentia* porro *acidulata*, *resoluentia* interne externeue applicata, inter quae camphora, salia media inprimisque nitrum eminent, et cataplasmata, emplastra, vel fomenta neruina. Commendat hic inprimis RVYSCHII fotum, cuius formula haec: ℞. *Hb. Betonicae* et *Maioranae* aā Man. ji. *Saluiae* et *Rutae* aā Man. jß. *Flor. floechadis* et *Lauendulae* aā Man. j. *Rosarum rubrarum*, Man. ß. Coqu. l. a. ex. s. q. vini albi ad libras jii. Quo quidem fomento solo feminam, quae e curru in terram congelatam ceciderat,

p. 88. rat, ſanauit. Trepani vſum, ſi ſine apparente laeſione cranii commotum eſt cerebrum, ob rationes dudum cognitas, magnopere commendare non eſt
p. 104. auſus. Carpuntur Cll. POTT et RICHTERVS in dura menynge a cerebro auulſa, vulnerata et ſuppurante grauium illorum effectuum fontem quaerentes, trepanumque nimis commendantes.

p. 109. In altera ſectione, ponderatis prius aduerſariorum argumentis, fluidi neruei praeſentiam refellit; dein de facultate ſentiendi mouendique diſſerens, Hallerianae fere accedit ſententiae, ſenſum tribuens neruis, motum vero muſculorum vitali vel irritabili naturae, ad cuius tamen vigorem conſeruandum neruorum Ipſi ſuccurrere videtur integritas.

p. 129. In tertio vero aduerſario de antagoniſmo naturae ſolemni faciens verba; triplicem prius facultatis motricis in corpore humano indagat fontem, qui nempe eſt *elaſticitatis*, *vitalitalis*, et ſit venia verbo, *nervoſitatis*. Definito dein antagoniſmo, per niſum, quo in contrarium motum cientur organa vnius partis diuerſa, ita vt in actione conſtituta altera, neceſſario alterius contractio ceſſet: ponit eundem vt cauſam mouentem in omnibus fere corporis viſceribus, vitalibus aeque ac naturalibus. Eſt nempe ad mentem Cl. Auctoris antagoniſmus cauſa cordis vaſorum ſanguiferorum dilatatorum vel contractorum; ſunt pylori cardiaeque fibrae circulares reliquarum ventriculi fibrarum, coli valvula inteſtinorum tenuium, ſphincter ani atque veſicae inteſtinorum craſſorum, atque detruſores vrinae antagoniſtae. Veſiculis ſeminalibus ſphincterulos muſculoſasque in genere concedit fibras, ſibi et contrariantes, et ſemen in venereo actu propel-

propellentes; in cyſtide fellea vel muſculoſas fi-
ras vel certe membranaceas contractiles fingendas
ſe ſtatuit, quibus antagoniſtae ſint gyroſae cir-
cumuolutiones ceruicis. In vtero vires antago-
niſticas latere cum Cll. LEVRETO, HVQVENINO,
et GEHLERO ſtatuit. De muſculorum vero vo-
luntariorum antagoniſmo ad mentem HALLERI
agitur.

Enarrauit dein in quarta parte, hiſtorias mor- p. 159.
borum varioloſorum artificialium, a ſe excitato-
rum. Inſtituit vero methodum ipſam in brachio
ſi mentem Cl. POVTEAV, praemiſſa leni alui du-
ctione, et mercuriali quidem, ſi vermium id exi-
geret praeſentia. Vnus ex aegrotis ſecundo febris
eruptoriae die conuulſionibus contorſus vitam fi-
nuit, in alio variolas ipſas abſceſſus varii generis
ſecuti ſunt, reliqui omnes optime conualuerunt.

Vltimo loco de oſſeo oeſophago tradit hi- p. 175.
ſtoriam. Euenit vero hoc malum homini ſpiri-
tus frumenti potu abutenti, qui emeticis pur-
gantibusque a medicaſtris diu vexatus; tan-
dem febre continua emaciatus efflauit animam.
In cadaueris ipſius ſectione vidit praeter oeſo-
phagum, reliqua abdominis viſcera ſanitate
nitere optima, ille enim valde contractus,
callioſus oſſeusque cernebatur. Glandulae con-
globatae, quae ipſi adiacere ſolent, durae erant et
petrae. Emollientia in hoc malo vix vſus vllius
fuiſſent, quippe quod nimis iam fuerit inuetera-
tum. Pharyngotomia et inſtrumentum ex balae-
na fabrefactum ad lumen oeſophagi reſtituendum
in ſummo tractanda fuiſſent malo.

XII.

XII.

EDUARDI SANDIFORT obſeruationes anatomicae pathologicae Lugd. Batrauorum apud P. v. D. Eyk. et D. Vygh MDCCLXXVII. 4. pagg. 151. praeter dedicationem atque praefationem. c. tab. aen. 8.

Imitatur Cl. SANDIFORT exemplum ALBINI quod dedit in eius annotationibus academicis his ſuis obſeruationibus anatomico pathologicis edendis et verſatur in iis ipſis elaborandis ita, vt quae viderit, in ſectionibus cadauerum, crebro a Cl. Auctore inſtitutis, non ſolum enarret, verum etiam breuiter indicet, quid ſimili de re adnotarint alii. Ac primum quidem decem hic offert obſeruationes lectu profecto dignas, additis iconibus vere nitidiſſimis cum diligentiſſima earum explicatione.

In capite primo perſequitur Cl. Auctor rarissimum *cordis vitium*. Quo comparato cum aliorum virorum obſeruationibus, quas intermiſcuit, enarratur hic caſus. Primo aetatis anno vix elapſo, vbi infans ſanus quoque fuit, terribilium ſymptomatum ſequentium initia ſeſe manifeſtarunt. Digitorum quippe vnguiumque liuor non continuus, ſed nunc plus, nunc minus apparens, laſſitudo inſignis, catarrhus graui anxia tuſſi ſtipatus, in facie maculae plurimae, primum rubrae, deinde liuidae, poſt defatigationem corporis faciei magnum, pedum liuor, labiorum et linguae color ad nigrum ſaepe vergens, dolor preſſorius in ſuperiore parte capitis, anxietas praeſertim tempore hyema-

hyemali, frigus tantum, vt ne vnquam corpus incaleſceret, et ſudaret. Variolis veris et ſpuriis nec non morbillis feliciter ſuperatis intereaque malo nec auctо nec imminuto, palpitationes cordis vehementiſſimae ſequebantur, cet.

Conſtantia et perpetua phaenomena haec p. 18.
erant. 1) Magnam ſpirandi difficultatem poſt corporis motum et ſpectabiles vaſorum in collo pulſationes. 2) Faciem pleniorem, quam proportio carnium in artubus ferebat, eandemque inter anhelitus liuentem, oculis turgidis et ſanguine interdum ſuffuſis. 3) Vrinam ſemper ſaturato colore ſine ſedimento. 4) Aluum tardiſſimam non modo tempore anorexias, ſed etiam vigente cibi appetitione. 5) Aſſiduum frigoris ſenſum, etiam calente ad tactum cute, qui puerum non deſerebat, niſi in lecto poſt plenam corporis calefactionem, nam et hyeme iuxta focum ſedens de hornore et algore querebatur, et per aeſtatem ardentiſſimos ſolis radios aut ignem culinarem deſiderabat. 6) Denique et hoc conſtanter vidit, mollem ventrem et ſanguinis e naribus fluxum, qui per interualla incidebat, magnum identidem leuamen attuliſſe.

Pernicioſos prunarum halitus tenerum pul- p. 19.
monem in prima infantia vitiaſſe et pertinaci aſthmati occaſionem dediſſe credebatur, inprimis cum malum non eſſe connatum affirmaretur.

Remedia, nihil praeſtiterunt praeter haec tria. 1) Hirudines ad collum et pone aures adhibitae dolores capitis notabiliter ſedabant. 2) Cum lingua valde ſordida, ſpiritus oris foetidiſſimus, anorexia, inflatio praecordiorum ſolito maior, aliquo-

quotie fuerint, lene emeticum euidenter profuit et ad plures dies. 3) Praecipuam tamen opem praestabant pilulae catharticae, ea moderatione datae, vt aluus mollis seruaretur, nec tamen liquida fieret.

p. 26. Instituta cadaueris sectione et aperta thoracis cauitate, vna massa conspiciebatur, totam fere cauitatem adimplens et pulmones quam maxime comprimens, quae erat pericardium, contenta insigniter distentum et sanguine repletissimum corpora vt pulmones aegre in conspectum venirent. Harum aquae inerat pericardio et dexter ventriculus cordis multo magis sanguine turgebat, quam sinister. Venae omnes per externam cordis superficiem incedentes, coronariarum rami erant multum dilatatae. Aorta magis, quam solet, in principio dilatata, sed arteria pulmonalis eo loco, vbi ex corde oritur, mirum in modum ad bifurcationem ferme vsque contracta erat. Canalis arteriosi nullum adfuit vestigium. Pulmones parui et compressi nullam labem externe prae se ferebant. In pariete inter dextrum atque sinistrum sinum obtusum foramen ouale aperturam monstrabat, quae crassiorem stilum admittebat. Aorta enascebatur ex ventriculis ambobus et sanguinem omnem ex vtroque accipere debebat. Arteria pulmonalis supra valuulas abscissa, has paruas admodum ferme concretas et substantia quadam granulosa carneae excrescentias referente obsessas exhibuit cet. Icones additae, hanc cordis et vasorum aberrationem melius declarant.

p. 33. Connatum fuisse hoc vitium, etiamsi primo aetatis anno sanissimus vixit infans, longe verius videtur Nostro coniectura, quam acquisitum.

In

In capite secundo de *cordis, valvularumque arteriae aortae nonnullis morbis* agitur. Pergit hic Cl. Auctor partim varias cordis aberrationes et concretiones enarrare; partim valvularum duritiem, crassitiem, immobilitatem, cartilaginosam indolem, ossescentias, erosiones, excrescentias, lacerationes et rupturas commemorat et quasdam earum valvularum vitia iconibus illustrat. Tres valvulas orificio aortae adpositas adeo duras, reuera osseas Noster vidit, vt figura ipsarum nullo modo mutari posset, et orificium maxime angustarent, ita tamen, vt sanguinem a corde admittere potuissent, non vero ex aorta, sese contrahente, reditum impedire. Item induratis cartilagineis, osseisque particulis obsessas valvulas Cl. Auctor animaduerit, sic tamen, vt officio suo functae fuisse viderentur, etc.

In principio aortae varias squamas osseas No- p. 54.
ster aliquoties vidit; in alio cadauere arteriae innominatae seu trunci Loweriani tantam duritiem osseam reperit, vt figura ipsius vel maxima compressione mutari nequiret; in cadauere vetulae semilunares valvulae in os mutatae erant et ramus arteriae coeliacae, qui ad lienem tendit, canalem tumosum totum osseum retulit; in binis aortae finis et principia iliacarum arteriarum eodem modo erant mutata.

In capite tertio disseritur de *hernia vesicae* p. 55.
vaginali. Plurimis in locis *) herniae oriuntur et
viz vllum viscus abdomine contentum datur, quin
tumo-

*) v. comm. nostr. Vol. XIII. p. 428. ib. 430. Vol. XII. p. 37.

tumorem huius naturae ſubinde produxerit. Rarius autem herniae iſtae, in perinaeo aut in vagina vteri occurrunt.

p. 58. Virgo viginti quinque annorum hyſteri tuſſi conuulſiua et ſicca laborabat, qua ceſſante ſuppreſſio vrinae ſubſequebatur, catheteriſmo ſ leuata, quae ſaepius rediit cum tuſſi conuulſiu conuulſionibus et lipothymia. Inprimis lipothymia ſequebatur catheteriſmum ob impedimenta a chirurgo percepta. In vagina tumorem inſigne parieti ipſius ſuperioris continuum cum fluctuatione Cl. Auctor percepit, quo compreſſo, conat ad mingendum enaſcebantur, nulla vero vrina e bat, niſi cathetere. Peſſarium itaque curabat N ſter, quod ex arundine, qua piſcatores vtuntur, erat formatum, vaginae longitudini accommodatum et cera obductum, ita tamen, vt ſpongiae ciſſimae pars alteri ipſius lateri adnecteretur, ileo, vt haec, humore intumeſcens, anteriorem vaginae partem commode ſuſtineret et, reiterato catheterismo, impediretur, quominus veſica multum extenderetur. Quo peſſario aegra per annos vſa eſt, dein et ſine eo nullam amplius vrinam mittendi ſine moleſtiam.

p. 61. Signa herniae veſicae in vagina ſunt abſentia tumoris in regione hypogaſtrica ſupra oſſa pubis, praeſentia vero ipſius in vagina, augmentum voluminis, collecta vrinae copia, decrementum, ſola compreſſione aut immiſſo cathetere et eius ope euocato lotio. Quae ſigna omnino omnia ad Noſtri exemplo adſunt.

p. 62. Peſſarium itaque erat remedium vnicum in hac hernia veſicae vrinariae in vagina. Nam ſpongia, quae ab aliis quoque hic laudatur, et Noſtro quoque in mentem venit, ob irritationis, arroſionis inflammationisque impedimenta, non vſus eſt.

In

In capite quarto de *hernia inteſtino vaginali* p. 65.
aliisque huius morbi ſpeciebus Noſter ediſſerit. Quae
a Noſtro hic deſcribitur, vera erat hernia ilei,
elapſi inter vterum atque inteſtinum rectum,
quae vaginam ſic protruſerat, vt vuluam omni-
no clauderet.

Omnes tales herniae, pauciſſimis exceptis, p. 68.
ſemper propemodum ab ileo, raro a colo et coeco
ſunt formatae. Tumoris magnitudo erat varia, lo-
cus etiam non ſemper idem, nunc in anteriori,
nunc in laterali, nunc in poſteriori vaginae parte.
Aliis lente, in aliis ſubito hae herniae oriebantur.
Plerumque peritonaeum, rarius disruptum, ſaccum
formauit. Cum inteſtino omentum etiam excidit
et inteſtinali herniae veſica ſeſe etiam adiunxit, vel
et alii hoc in loco morbi eodem tempore fuere
miſi, etc.

Taxis commode peracta eſt, decumbente ae- p. 69.
gro, ſic vt abdominales muſculi maxime eſſent re-
laxati et corpus inclinatum in latus, ſedi mali op-
poſitum. Antea clysmata, venaeſectiones, etc. iu-
verant. Operatio hactenus nondum eſt tentata.
Repoſitas partes optime retinuit peſſarium ad figu-
ram operculi dolii formatum et roborauit iniectio
adſtringens.

Inter aliarum herniarum ſpecies Noſter me- p. 70.
morat herniam inguinalem in vtroque latere, fe-
moralem in viro, quae alias feminis ſunt fre-
quentiores, vmbilicalem in fetu et vetula ſat
magnam. Confirmatur hac vetulae obſeruatione,
vti ex ſectione elucebat, ſententia eorum, qui her-
nias umbilicales ſaccatas eſſe ſtatuunt, refutatur-
que illorum opinio, qui illas nunquam niſi rupto
peritonaeo fieri aſſerunt, interdum tamen, etiamſi
raro, ruptura vera negari nequit.

p. 78. In capite quinto de *vasis emulgentibus et pelui renum* Noster varias obseruauit aberrationes, quae in nulla alia corporis parte toties in conspectum veniunt, quoties in renibus. Vidit Noster venae renalis sinistrae pone aortam ad renem suum decursum. In cadauere viri ren dexter integer erat, vasa vero vtriusque renis erant iusto plura.

p. 82. Duplex arteria et vena reperiebantur. Vena, quae ad renem succenturiatum tendebat, separato principio ex vena caua proueniebat et reni etiam ramum dabat.

p. 83. Sinister vero ren erat praeternaturalis. „Anterior ipsius superficies peritonaeo accumbens, maxime exsecta erat; posterior vltra anteriorem versus spinam sese multum extendebat. Sinus itaque ab anteriore conspiciebatur et hunc intrabant vasa arteriosa, egrediebantur venosa et rami peluis. Arteria duplex erat, altera solito loco ex aorta enascens, in binos ramos, dein in plures fissa, superiorem renis partem ingrediebatur, altera ex aorta infra mesentericam inferiorem originem ducens, inferiori renis parti sanguinem impertiebat. Vena ex vena caua producta recto tramite ad medium circiter renis partem vergebat, ante ingressum tamen venam emittens rursus ad renem succenturiatum, alteram deorsum, quae incuruo ductu partem inferiorem renis petebat, emissa tamen prius vena spermatica. Peluis renis, quae caeterum ex parte posteriore et interiore producitur, hic sese in anteriore parte tota nuda monstrabat, sic vt sinui, inter superficiem anteriorem et posteriorem relicto, incumberet, insignis magnitudinis, quinque etiam ramos suos, ex rene inter venosa et arteriosa vasa egredientes, nudos exhibens, dein vre-

p. 84. theri originem praebens solito more„. MVSTA-

CRVS et HAENIVS *) dederunt similes figuras renum et praeterea similem obseruauit in cadauere feminae.

In capite sexto *calculi renalis* historiam tradit. Hic calculus circiter quatuor pollices cum dimidio longus, vltra duos latus, ferme duos crassus, nouem gaudet tuberculis, quorum vnum omnium maximum, in octo iterum eminentias surgit, alia planiorem superficiem habent, tria inuicem confluxerunt, bina figuram papillae mammae muliebris monstrant. Inter omnia haec tubercula superficies glabra satis conspicitur. Confluunt omnia tubercula inuicem et corpus calculi crassum eiusmodum constituunt, quod rotundo fine desinit. Sex vncias cum dimidia pondere aequat. Figuras lineares huius calculi Noster hic addidit. Aeger, dum viuebat, de nullis calculi symptomatibus **) conquestus est. p. 86.

In capite septimo *anchylosin inferioris maxillae* Noster describit. Nullum esse articulum non inde concretum, variis exemplis Cl. Auctor probat, et exstant in Eius collectione varia huius morbi specimina, quorum rarissimum hic tradit, forte alia occasione alia sese descripturum esse polliceturus. Anchylosis nempe maxillae inferioris, in coemeterio inuenta, inter rariores Nostro videtur referenda. p. 96.

In capite octauo *de tumoribus vtero annexis* p. 106. colliguntur a Nostro exempla. Obliquus vteri situs a variis causis potest effici, ad quas Noster hic refert

*) v. rat. med. cont. Tom. II. part. 2. pag. 8 tab. 1. fig. 1.

**) v. comm. nostr. Vol. XX. p. 696.

refert tumores ſcirrhoſos in cadauere feminae quinquaginta circiter annorum. Occupabat tumor partem lateralem ſiniſtram vteri, magnitudine in glandem referens, duritie vero cum ſteatomate conueniens. In cadaueris ſectione in dextro latere principium ſimilis tumoris, piri magnitudinem non ſuperantis, conſpiciebatur. Tumor maior ex ſubſtantia vteri eradicari potuit et ipſius interior
p. 108. pinguedini induratae non erant abſimilia. Alium praeterea tumoris, pugni magnitudine et concrementis oſſeis impleti, Cl. Auctor hic mentionem facit.

p. 116. In capite nono *de duro quodam corpuſculo neruo auditorio adhaerente* a Cl. Auctore exemplum communicatur. Quod neruo auditorio durae et medullae oblongatae adhaerebat; tantae duritiei, vt ferme cartilaginem referret, etc. Longitudo huius corpuſculi erat ſex linearum, latitudo in parte latiore quinque, in parte minus lata trium, craſſities quatuor linearum. Superficies eius valde erat inaequalis, variis tuberculis obſeſſa, nec potuit hoc a neruo facile ſeparari. Quo diſſecto, interiorem partem molliorem, ſic tamen, vt particulae duriores interſperſae eſſent, et exteriorem duriorem Noſter obſeruauit. Compreſſionem nerui, ab hoc corpuſculo factam, refert Noſter inter cauſas ſurditatis, vt aliis exemplis probat.

p. 121. Finit has obſeruationes caput decimum de *appendice ex inteſtino ileo enata.* Haec appendix, quae a Cl. LITTRE *) quoque eſt obſeruata et hernia Littriana nominata, ex ileo enaſcebatur et ſingulari modo cum meſenterio cohaerebat. Ex parte illa inteſtini, quae meſenterio oppoſita eſt, diuerticulum

*) Mém. de l'Acad. des ſcienc. l'an 1700 pag. 300.

culum amplo admodum enascebatur ostio in coecum finem desinens, eiusdem circiter capacitatis et crassitiei quoad tunicas atque intestinum ipsum, facillime aërem admittens illoque distentum, apice incurvatum. Ex quo filum prodibat tenue, forte tamen, ad superiorem mesenterii partem tendens illique diuerticulum hoc adnectens. Ante natiuitatem huius infantis, vel in ipso partu, vel mox a natiuitate mortui, hanc appendiculam exstitisse, nullum dubium est. Simile quid repertum est in cadaueribus iliaca passione demortuorum. Occurrunt eiusmodi diuerticula et in duodeno inque recto. Noster in ileo aliquoties pollicem et vltra longas appendices eiusdem capacitatis cum intestino animaduertit, neutiquam in intestino alio.

XIII.

Obseruations on the abuse of Medicine, by THOMAS WHITERS M. D. London. Printed for I. Iohnson No 72. St. Paul's Church-yard 1775. 8. pagg. 356.

i. e.

Obseruationes de abusu medicinae, Auctore Cl. THOMA WHITERS.

Septem sectionibus, quae attinent venaesectionem, vomitoria et laxantia, diaphoretica, vesicantia, stimulantia, mobilitatem et vim fibrae muscularis debilitantia remedia, et denique roborantia, Cl. Auctor, hunc libellum, qui et in Germanicam linguam *) translatus est, diuidit. Abusum me-

 dicamen-

*) *Bemerkungen über die Fehler, die bey dem Gebrauch der Arzneymittel begangen werden, durch* THOMAS WHITERS *der A. K. D. Aus dem Englischen übersetzt Leipzig bey M. G. Weidmanns Erben und Reich, 1776. 8. maj.*

dicamentorum hic potiſſimum vrget Noſter, qui cernitur vel in nimis crebro medicamentorum vſu vel in eorum omni neglectu.

Sect. I. p. 1. Praefert Noſter ſcarificationem hirudinum applicationi. Euacuatio enim ſanguinis eſt celerior et relaxatio inflammatarum partium longe maior. Sanguinis porro copia poteſt certius definiri, nullus ſequitur tumor, nec ſanguinis extravaſatio, vti poſt hirudinum applicationem fieri ſolet, et tandem vulnera, per ſcarificationem facta, facilius ſanant, quam per morſus hirudinum exacta. Vtrique autem huic ſanguinis euacuationi poſponit Cl. Auctor arteriae ſectionem, cuius quidem vtilitatem et efficaciam non negat, interim tamen ob varia incommoda, quae cernuntur in ſanguinis quantitate definienda, in fluxu ſanguinis ſedando cet. ei minime fauet. Vteri inflammationis eam ſam quaerit Noſter in nimis ſubita ſecundinarum extractione, id quod contractioni vteri et naturae viribus eſt committendum. Antequam Noſter ad venaeſectionem in podagricis interdum vtiliter inſtituendam ſeſe conuertit, quam vtilem et inutilem iudicat, diſtinguit materiam rheumaticam et podagricam ſ. arthriticam. Diuerſae potiſſimum ſunt hae materiae ratione ſedis, durationis, doloris, reuerſionis cet. Quod vero ad venaeſectionem in podagricis attinet, arbitratur Noſter tum, cum podagra iam a puero apparuit, pulſus eſt plenus celer et fortis, podagra eſt regularis, extremas occupat partes cum dolore, rubore, tumore, inflammatione, ſomni defectu; nec vniuerſales, nec particulares ſanguinis euacuationes poſſe nocere. Porro quando materia podagrica ad internas partes conuerſa eſt, et inflammationes cerebri, pulmonum, ventriculi, viſcerumque abdominalium cauſat, venaeſectio-

ſectionem largitur, vti in aliis morbis inflammatoriis, adhibitis remediis externis, quae materiam rurſus euocant. In morbillis ſuadet Cl. Auctor ſecundum Cl. MEAD ſententiam venaeſectionem, quippe qua pulmones et internae omnino partes a materia morbilloſa non ita affici poſſunt, vt, ſi-mul fieri ſolet, phthiſis pulmonalis ſeu alia febris lentae ſpecies praecaueatur.

Dum Noſter vſum et abuſum emeticorum et purgantium remediorum perſequitur, euacuationem primarum viarum interdum eſſe ſubſtituendam ſuadet venaeſectioni, tum ſcilicet, cum nimia debilitas venaeſectionem non permittit. Secundum ſententiam nonnullorum recentiorum antimonialibus medicamentis adſcribitur virtus ſpecifica in pectoris inflammationibus; Noſter autem optat, vt hanc in rem paulo accuratius inquiratur, quoniam ſpecificae virtutis nomen Ei videtur hic nimis amplum atque incertum, aliaque remedia praeterea adſunt, non negligenda in hoc caſu. Laxantia, quae ſolent, variolis ſuperatis, plerumque et fere indifferenter dari, Noſter nec vbique reiicit, nec ſemper largitur, et laudat inprimis Cl. GREGORY, qui, aegris valde debilitatis, morbo varioloſo aegre ſuperato, potius corticem Peruuianum cum vino exhibuit, quam purgantia. Salia media in dyſenteria ſunt innocua et ſaepe valde vtilia, draſtica autem ſemper nocent et ſunt his illa certe praeferenda. Clysmata ex ſola calida aqua in magna quantitate ſign duarum vel trium menſurarum, fortioribus purgantibus medicinis fruſtra antea adhibitis, alui obſtructionem iuuabant. Sect. II. p. 69.

Sect. III p. 127. Iam ad ſudorifica medicamenta Noſter ve… et eorum commoda et incommoda recenſet. Su… dor ſit vel naturalis vel artificialis, oportet me… cum quam accuratiſſime eum attendere. … enim, qui violenta vi, ſingulis in partibus corpo… humani et praeterea viſcidus obſeruatur, raro … nunquam prodeſt. Criticus ſudor non frequent… eſt nimius, ſed lenis, continuus et per totum cor… pus apparens. Interdum inſenſibilis fere hum… ditas morbo finem imponit. Quod ſi vero ſym… ptomata augentur, aeſtus et anxietates durant, pu… ſuum ictus celeres ſunt et duri, ſudore prorum… pente ſupprimendus eſt talis. Inter ſudoriferam… dicamenta etiam emetica, tam vt euacuantia, qua… in parca doſi exhibita vt alterantia, contemplatur … que diaphoreticam vim tribuit. Opium quoque addunt quidam emeticis, vti factum eſt in Cl. nowr… ri *) puluere, quem laudant in morbis arthriticis et rheumaticis ad ſudorem excitandum. Finunt hanc ſectionem incommoda ſudoriferorum remedi… diorum in morbis exanthematicis et acutis.

Sect. IV p. 171. Tranſit nunc Noſter ad veſicatoria. Secun… dum Noſtri ſententiam oportet eos, qui in effectuum explicandorum ex externa cantharidum applicatione verſantur occupatione, inprimis reſpicere ad influxum eorum in fibras motrices corporis et in inde ortam irritationem. Inter alias vtutes, quae inſunt cantharidibus, memoratur quoque a Noſtro vis antiſpasmodica.

Sect. V p. 204. Pergit Noſter porro in conſiderandis medicamentis ſtimulantibus atque irritantibus. Aptiſſimum quidem hic Noſter vrget errores, qui committuntur, cum aeſtu atque calore, fomentationi-

*) v. comm. noſtr. Vol. XXII. p. 352.

nibus calidis, vino, ſalibus alcalinis volatilibus, amentis externis, vt ſtrepitus, nimia lux, cet. micis et expectorantibus remediis, item irri- nibus, cum mercurio dulci et corporis exerci- one. Poſſet, vti Noſter ratur, radix ſerpen- ae Virginianae ex officinis prorſus proſcribi. ſt ei quidam noxius ſtimulus et proſtant tutiora certiora remedia. Cl. CVLLEN non omnem idem ei radici denegat virtutem, quam ipſe in ibus obſeruauit, interim tamen fatetur, ſe illam non amplius adhibere, quoniam illius vtili- incerta et vis adeo inflammatoriae indolis eſt. ſert Cl. Auctor omnibus reliquis methodis mer- um adhibendi inunctionem, interneque mixtu- Plenkianam *).

Iam venit Noſter ad remedia ſedatiua ſ. ſe- Sect. antia. Intelligit hic Noſter ea remedia, quae VI. bilitatem et vim fibrarum muſcularium debili- p. 265. et inter multa anodyna et narcotica remedia, ae pertinentia, potiſſimum inquirit in theae, cof- nicotianae et opii vires et effectus. De opii in inflammatoriis morbis cauto exempla pro- untur e. g. in variolis, morbillis, tuſſi cathar- rheumatiſmo e. ſ. p.

Inter remedia tonica potiſſimum Noſter con- Sect. plat corticem Peruuianum, et in genere bal- VII. ea frigida, martialia, amara et adſtringentia. Do- p. 305. cuit experientia, amara remedia et corticem Peru- anum diu et temere adhibita corpora non ſolum roboraſſe, ſed multo potius etiam debilitaſſe. Praecipuae remotae cauſae febris intermittentis ernuntur in contagio et vaporibus, exhalantibus humidis et ſpureis locis.

XIV.

*) v. com. noſtr. Ildae decad. Suppl. II. p. 274.

XIV.

Iournal de médécine, chirurgie, pharmacie etc. Par. M. A. ROVX Année 1774. Tom. XLI. à Paris chez Vincent 8. 1 Alph. 12 plagg. 1 tab. aen. et Tom. XLII. ib. eod. 1 Alph. 12. plagg.

i. e.

Diarium ad artem ſalutarem, chirurgiam et pharmaciam pertinens. Auctore Cl. A. ROUX Vol. XLI et XLII.

Progredimur ad annum 1774, in cuius mense ianuario haec continentur.

Vol. XLI. p. 26. 1) Cl. ROCHARD *de repercuſſione pediculari mutata in eruptionem ſcabioſam.* Iuuenis ob fiſtulam ani in noſocomium Duacenſe, cuius curam gerit Cl. Auctor, deferebatur; qui cum per totum corpus pediculis obtectus eſſet, moniales, aegrorum curam gerentes, liquore ex aceto, pipere, aliiſque remediis actiuis eum fricabant et ita corpus depurabant: ſed poſt aliquot dies praegreſſo vehementiſſimo pruritu puſtulae ſcabioſae per totum corpus emergebant, quae, abſoluta fiſtulae curatione, ſolitis remediis antipſoricis depellebantur. Huius mutationis cauſſam Cl. Auctor in ouulis pediculorum per frictiones cum aceto ſub epidermidem retropulſis, iisdemque excluſis, ponit, ſimulque narrat, ut ſuam fiſtula ſcabioſa nondum aperta, cum eam acu aperuiſſet, aquam limpidiſſimam emanaſſe, in qua globulus albi coloris, vix nudis oculis diſtinguendus, haeſerit; hunc, quum oculo armato eum examinaret, continuiſſe animalculum viuum, formae teſtudinem aequans, coloris albi, ſed in dorſo pauſ-

lum

nati nigri, pilis longis, pedibus sex, capite acuto, rostro exiguis palpis in apice oris instructum, admodum agile; et alia euasione in parte profundiore epidermidis se vidisse ouula minima, alba, fere pellucida, oblonga, semini pinus similia.

2) *Epistol.* Cl. A. FIGUET *ad* Cl. ROUSTAGNENT *de euulsione uteri.* Femina ob tumorem, in vagina enatum, grauida putabatur, praesertim quum alia signa, grauiditatem mentientia, accederent: inde, subito orto dolore, abortum imminere arbitrabantur, et femina per quatuor dies doloribus continuis excruciabatur, donec obstetricius accedens summa vi adhibita non quidem infantem, sed corpus peregrinum extraheret, quam operationem haemorrhagia largissima, sed breui subsistens, insequebatur. Corpus autem extractum quum curatius inspiceretur, erat vterus ipse cum vagina, ille rectus et vacuus, ligamentis latis et rotundis prope insertionem abruptis, haec vero circulariter et irregulariter lacerata, in cuius sinistro latere prope fundum vteri tumor durus, oui anserini magnitudine, pediculo insistens, adhaerebat, itidem diuulsus. Femina ipsa genitalia inflexa et sensibilia offerebat et digito in vaginam immisso nil nisi ingens spatium sine fundo detegebatur. Idem operator, qui hoc malum induxerat, eamdem, quantum restituebat, vt Cl. Auctor illam post quatuor ac dimidium annos vivam adhuc, licet omnino infirmam ac tristem vitam degentem, videret: praecipue incontinentia vrinae molestissima laborabat, quum non tantum meatus vrinarius solito amplior esset, sed etiam parua fistula in corpus vesicae ipsum penetraret. praeterea per interualla doloribus renum, ad regionem hypogastricam se extendentibus, multum affligebatur. p. 40.

3) Cl.

p. 57. 3) Cl. LASSAUZE'E *descriptio notis fortu-
ris.* Globus comprimens firmatur ope lam-
cupreae, quae in oppoſita membri parte appli-
tur, et non per cochleam, vt in torculari
ſed per bacillum ſuper globum collocatum
tum neceſſitas requirit, adſtringitur. Ampl-
rem cognitionem inſpectio tabulae aeri inc-
quae ſingulas huius machinae partes ſiſtit, e-

p. 65. 4) Cl. MAIAVLT *diſſertatio de operatione
ſtulae ani, filo plumbeo peracta.* Inuentum
FOUBERT eſt, qui filum eiuſmodi mediante
lardario ſimili in fiſtulam ingerit, et a virtute
vente et exſiccante plumbi, quam iniectio
vini adiuuat, depurationem ac poſtea conſoli-
nem vlceris obtinet. Noſter vero iniectione
ne omittit, et tantummodo omni circiter
vel intra breuius quoque tempus filum plu
agitat et torquet, donec illud ſponte ero
tunc, quod interdum accidit, leuius vlcus in
gine fiſtulae remaneat, illud paucis diebus
optime ſanatur. Exempla curationum feli
ſucceſſu peractarum ſubiunguntur.

p. 82. 5) EIUSDEM *obſeruatio de vulnere capitis
inflicto, cuius cuſpis per vndecim annos in cerebro
ſit.* Telum ſub extractione tentata frang
cuſpide relicta: vlcus fiſtuloſum poſt biennium de-
mum conſolidabatur, firma cicatrice nata, in
ignarus praeſentiam corporis peregrini ne ſuſpi-
ri quidem potuiſſet. Interim ſaepiſſime affec
ſyncoptici vel conuulſiui aegrum, perpetuis capi-
laea laborantem, excruciabant, qui tamen in
negotiis conſuetis vacabat. Poſt nouem de
a vulnere accepto annos Noſtrum conſulebat, qui
cicatrice inciſa paruum foramen in oſſe detegebat,
quod admodum profunde penetrabat, et quum tre-
pani applicationem in parte ſquamoſa oſſis tempo-
rum

timeret, os lima abradebat, donec dura ma- denudata esset; in hac foramen quidem, per telum transierat, detegebat, sed, illa incisa, hoc inuenire non poterat. Tunc pus foetidum nigrum copiose emanabat, et sensim paralysis lateris oppositi, febris, delirium, sopor debat, et post 28 a prima incisione dies telum fundo cerebri educebatur, ingenti copia mate- nigrae foetidae subsequente: post quatuor ve- dies aeger viribus exhaustus peribat. Aperto lobus medius cerebri eo in loco, vbi fo- temporali insidet, fere prorsus suppuratione fractus apparebat, et cauitas ista saccum forma- ad latus et infra incisuram sellae Turcicae, telum incubuerat, se extendentem. Pars squa- ossis temporum, quae cerebrum respicit, val- concaua et attenuata erat, forte a repetitis pul- durae matris.

Mense Februario.

1. Cl. PUIOL crebro vidit, *Zeam mays* in p. 145. pingui et humido in medio spicarum, quae masculos flores gerunt, vel etiam in earum sum- flores femineos protulisse, seminibus quo- quantum ex adspectu iudicare poterat, matu- fecunditatem eorum enim nondum explora- Explicationem huius phaenomeni ab abun- nutrimenti repetit, illudque cum petalis staminibus ipsoque adeo germine formatis com-

2. Cl. MANGIN *obseruationem de partu labo-* p. 174. communicat. Grauida, praegresso morbo ve- et sanguinis profluuio per biduum durante, valde exhausta erat, et placenta orificio interno uteri, ob callositatem angustiori, adhaerebat, ex qua, ab vna parte soluta, haemorrhagia profici- scebatur. Noster ergo protinus scalpello orificium callosum

calloſum incidebat, poſteaque infantem viuum adhuc, ſed paullo poſt morientem, extrahebat. Viribus aegrae iuſculis concentratis reſtitutis, alternis diebus drachmam dimidiam vnguenti mercurialis infricabat, quod remedium cum ſaliuationem excitare videretur, illud per octiduum ſuſpendebat, ac deinde quarto quouis die adhibebat: hoc modo, ſubiunctis iniectionibus ex aqua Baregien-ſi, decocto hordei et aqua vulneraria, ac demum adhibita cura lactea, aegra perfecte reſtituebatur, nulla amplius calloſitate ſuperſtite.

Menſe martio:

p. 245. 1. Cl. THOMASSIN *de vſu vomitoriorum in morbis grauidarum.* Femina innupta, grauiditatem celans, febre affecta, poſt venaeſectionem in brachio inſtitutam, ſex grana tartari emetici in aqua ſoluti, quam quatuor vicibus praeſcripſerat, Noſter, vno hauſtu aſſumſit, et copioſe inde ſurſum deorſumque purgata conualuit, et inſto tempore fetum ſanum edidit. Alia femina maritata tribus granis a tertiana liberata fuit, quum antea venaeſectione, reſoluentibus, laxantibus cet. ſine fructu vſa eſſet. His obſeruationibus Cl. Auctor alias in ſe ipſo factam ſubiungit, narrans, ſe ab auguſto vſque ad initium maii febre tertiana cum interſtitu et dolore lienis laborāſſe, quae nec venaeſectionibus, nec diluentibus, nec purgantibus, neque ſoluentibus, nec febrifugis cederet: duobus vltimis morbi menſibus perpetuo vrinam obſcure rubram in nigrum vergentem emittebat. Tandem cum ab itinere redux inſultum febrilem imminentem perſentiſceret, tria grana tartari emetici ex aqua ſumebat, quae protinus copioſum vomitum bilis nigrae ſpiſſae producebant; et ab eo momento vrina naturalem colorem rurſus acquirebat, et febris, tumor ac dolor prorſus diſparebant.

2. Cl.

2. Cl. MARGUE *obseruationem de celerrimo pro-* p. 211.
gressu gangraenae communicat. Rustica, 24 an-
nata, prima vice puerpera, quarto a partu die
genti siti vexata, aquam frigidissimam copiose
riebat, vnde subito lochia supprimebantur, et
ris intra duodecim horas ad deliria vsque incre-
bat; tunc vena secabatur, et chirurgus altero
horae matutina accedens Nostri consilium re-
iebat, qui post septem horas tumorem enor-
m a parte superiore ossis ilei sinistri vsque
partem superiorem femoris, frigidam, ni-
m, sensus expertem, impressionem digiti fer-
tum, et circumcirca tumorem emphysemati-
m, hinc inde maculis liuidis obsessum, quae ad
s spurias et per totum femur dispersae erant,
summo gradu febris, facie cadaueroſa cet.
iebat. Omnibus auxiliis destitutus nil, nisi
thomatibus ex herbis aromaticis et vino vti po-
t: post $2\frac{1}{2}$ horas iam totum latus, collum, bra-
m et femur affecti lateris, totumque fere ab-
m gangraena tacta erant, et aegra demum
quarta, itaque intra 29 horas a primo febris
bita, moriebatur.

Mense Aprili:

b Cl. BOURIENNE *obseruatio de morbo auris* p. 342
auris ossium coniuncto. Puero post morbillos
ndulae maxillares cum dolore intumuerant, ex
s secum surditas auris sinistrae, cephalalgia ve-
mens, et symptomata febris hecticae oriebantur.
am Cl. Auctor eum videret, octennis erat, et
triennium iam surditate laborabat. Vlcus ex-
rnum erat, carne fungosa plenum, vnde, pres-
one super cauitatem glenoideam facta, pus foeti-
m emanabat. Serum lactis cum fumaria, inter-
otiis purgantibus et nonnunquam paucis granis
ethiopis antimonialis, febrem lentam profliga-

bat; interim iniectiones detergentes fiebant, [illegible] in interiora oris defluebant, et vicus [illegible] digestiuis tractabatur, quod maius fiebat, [illegible] videbatur, e longinquo huc delato. Post [illegible] ptimanas Cl. Auctor aquas Balarucenses inie[illegible] bus adhibebat, vnde suppuratio melior red[illegible] tur; postea ea nigrescebat, et, disquisitione [illegible] caries detegebatur. Lapide ergo inferrali [illegible] fungosae destruebantur, tandemque vitia[illegible] portio secedebat, quae exfoliatio circuitu[illegible] tus auditorii videbatur, fragmentis aliquot [illegible] bus egressis tandem plenaria curatio obti[illegible] quum Cl. Auctor aegrotum per $3\frac{1}{2}$ menses [illegible] set. Sub finem iniectio non amplius per [illegible] trauit. An ergo, quaerit Noster, tympa[illegible] rosum et rursus consolidatum fuit? An [illegible] eius ad auditum necessitas. Tenendum [illegible] puero huic auditum in aure affecta redi[illegible]

Mense Maio:

p. 423. 1. Cl. F. POMA *obseruationes de pul[illegible] nali.* Primo theoriam huius pulsus ex A[illegible] collectam sistit, ac deinde quatuor obs[illegible] subiungit, vbi ex eodem fluxum ventris [illegible] praesagiit, eumque adiuuando curationem [illegible] tit: inprimis in pleuritide biliosa, licet [illegible] morbi symptomata venae sectionem et am[illegible] stica postulare viderentur.

p. 436. 2. *Secunda epistola* Cl. *De* LABROUSSE AMOREUX iuniorem, *de pulsu grauidarum**). [illegible] dus humero alterutri impositum pulsum in[illegible] eiusdem lateris debiliorem reddit: inde [illegible] grauida pulsus dextri brachii debilior sit, [illegible] fetum sexus masculini, et in contrario casu [illegible] sequioris pronunciat, quum sollemne esse [illegible]

*) Vid. comm. nostr. Vol. XX. p. 399. et 61[illegible] comm. nostr. III. decad. Suppl. I. p. 188.

fetum masculum magis versus dextrum, et femininum magis versus sinistrum latus collocari. In [illegible] vxore hanc differentiam pulsus in arteria [illegible] et poplitea verum signum sexus praenoscendi iteratis vicibus cognouit. Si grauida gemellos vtero gerit, debilitatem et mollitiem pulsus vtroque brachio adesse docet, licet nec alia [illegible] v. c. externum statum abdominis in situ erecto aut supino, inflationem pedum cet. excludat; [illegible] vel minor debilitatis gradus in alterutro vel [illegible] latere illi ad praesagiendum sexum inservit. Solus situs placentae in regione fetui opposita gemellos mentiri non potest, quum illa [illegible] minore pondere, quam fetus ipse gaudeat. [illegible] tamen in hac re supersse enodanda, ipso [illegible]

3) *Epistola* Cl. PIETSCH *ad* Cl. MARTIN, *de* p. 451.
nova methodo haemorrhagias amputationibus superuentas cohibendi. Methodus haec ea est, quam Cl. THEDEN *) proposuit, ex cuius opere omnia [illegible] ad hoc obiectum spectant, extraxit, annotationesque subiunxit. Ad discindendam arteriam intercostalem non cultrum myrtiformem, sed [illegible]llum incuruatum, linteo obuolutum, et ad [illegible] postea reponendam instrumentum formae semilunaris, in vtroque latere planum et obtusum, commendat. Neque artum, a trunco separatum, neque eidem adhuc continuum, ita vnquam inire potuit, vt cera ad extremitates arteriarum penetraret, quia tensio sufficiens iisdem deerat: et eadem causae facilius subsistens haemorrhagia, a [illegible]alibus orificiis vasorum discissis, quam Cl. THEDEN expertus est, adscribi debet, licet et linteis [illegible]ptis, et aquae vulnerariae, ab Eodem in vsum [illegible]ocatis, aliquid dari oporteat.

*) nid. comm. nostr. Vol. XVIII. p. 604 sqq.

Menſe Iunio:

p. 504. 1. *Epiſtola* Cl. BALME *ad* Cl. LAFOSSE, *obſeruationes quaſdam practicas continens.* Vt eum monefaceret iuniores medicos ad ſummam cautionem in praxi adhibendam, aliquot exempla morborum recenſet, quorum initia leuiſſima videbantur, qui vero ſubito et ex improuiſo lethales exiſtebant: neque ipſe errores a ſe, licet inſcio, commiſſos, reticet v. c. herniam inguinalem, quae demum poſt mortem, a ſphacelo correpta, innotuit fuit, nimis longam dilationem auxiliorum vulnerationum, prognoſin nimis properanter formatam cet. Veram tamen cauſſam ſectionis ope indagare tantum vltimis caſibus detegere potuit, quum eadem in reliquis denegaretur: alter fuit virgo per duos vel tres annos cephalaea cruciatae, in cuius cranio immediate poſt ſinum frontalem hydatis, ouum gallinaceum volumine multum excedens, in ipſa ſubſtantia cerebri haerens inuenitur; alter iuuenis, qui lapide in fronte percuſſus, quum fragmentum lapidis cum minoribus fragmentis oſſis ipſius exemtum eſſet, ſubito conualeſcus reddebatur et poſt 20 vel 24 horas exſpirabat, cuius mutationis primaria cauſſa deprehendebatur oſſis fracti portio cerebro, cuius magna pars ſuppurationem ſubierat, impacta, coloris a naturali multum recedentis; haec fractura, ſola naturae absque accedente incommodo ſanari viſa, iam ante decem annos contigerat.

p. 533. 2. Cl. LABORDE *obſeruatio de ſanatione canis a Crotalo laeſi*, quam ipſe in Caienna praeſtitit. Sexaginta circiter horae iam elapſae erant, ex duo alii canes vna laeſi, iam perierant. Canis ſuus proſtratus, potiſſimum capite inflatus, iacebat, nullum motum, niſi interdum caudae exercens; oculis clauſis, reſpiratione breui. Vulnera ſub

ſub collo et in labio ſuperiore inflicta erant. Fruſtra theriacae repetitae doſes et oleum oliuarum exhibita fuerant. Noſter cochlear liquoris iſtius, qui *l'eau de Luce* audit, cum cyatho vini rubri miſcebat, huiuſque medicamenti tertiam partem ſexta quaque hora porrigi, eodemque vulnera elui iubebat; quod auxilii genus breui perfectam ſanitatem reſtituit, adeo, vt canis ſexto die conciperet. Vulnera haec gangraenoſa non erant: in inſula Martinica e contrario, quadrante horae nondum elapſo, pars laeſa nigra fit et gangraena corrumpitur. Indigenam Caiennae incolam a Colubro coralino morſum eſſe, et poſt biduum mortuum, relatum accepit Cl. Auctor, cui ſanguis per aures, nares, os, atque oculos effluxerit.

3. Epiſtola Cl. LE FEBURE medici *ad* Cl. ROUX, *de methodo chocoladam antiueneream parandi.* Pallae, ex qua chocolada paratur (abſque tamen aromatibus) additur mercurius ſublimatus, ſufficienti quantitate ſpiritus frumenti ſolutus, et balſamum Peruuianum ſaccharo exceptum, omnibusque in vaſe porcellano rite ſubactis tabulae inde formantur, quarum ſingula granum vnum mercurii capit, et quatuor partibus per integrum diem, aut ex lacte aut ex aqua cocta, ſumitur. p. 547.

4. *Epiſtola* Cl. LE MERCIER *ad* Cl. ROUX, *obſeruationes quaſdam de carie maxillae inferioris continens.* In viro, inciſione haud procul a mento facta et verſus angulum maxillae directa, partem laminae exterioris oſſis, duorum pollicum longitudine, et in lamina, intus malum aggreſſus, ſolutis prius ſcalpello gingiuis, aliam partem floreni circiter magnitudine, quae ipſum angulum ſiſtebat, extraxit: poſterior tamen operatio, quam etiam Cl. IOURDAIN in hoc ipſo diario anni 1770 ſe cum fructu inſtituiſſe ſcribit, ob puris et ſanguinis affluxum et incommodum aegrae ſitum, taedioſior fuit. p. 551.

Vol. XLII. p. 22.

Menſe Iulio:

1. Cl. FOURNIER, medici Breſtienſis, dissert. *et obſeruationes ſuper cauſſis pulſationis arteriarum, et defectus pulſationis venarum.* Non reſiſtentia ab auricula ſiniſtra nata, apicem cordis verſus coſtas dirigit, ſed is tantummodo actioni generali fibrarum eius adſcribi debet, verſus baſin fortiorum et copioſiorum, et cor ſub contractione longius et breuius fit eodem modo, quo tormentum bellicum ſub exploſionis momento prius antrorſum, et inde retrorſum mouetur. Sanguis ex corde in arterias non preſſione, ſed percuſſione transfertur, haecque continuo fit, ſed neceſſaria ſibi reſpondentes pulſationes arteriarum requirit, ades, vt arctiſſimum inter vtrumque motum ſtruat commercium. Pulſationes arteriarum percipi non poſſent, niſi hae canales inflexos, at ſimul elaſticos ſiſterent. E contrario venae non pulſant, quia ſanguis per eaſdem motu aequali et non interrupto fluit; non autem ob debilitatem membrorum, nec ob minorem elaſticitatem. Si vero ſanguis vi alternatim agente in venas ipſas propellitur, tunc etiam pulſus earum percipitur, quae tria huiuſmodi exempla addit Noſter, primum iuuenis palpitationibus cordis miſere excruciati, ac denique ſubito mortui, in quo ſub finem vitae venae colli, brachii, femoris et cruris, et hae quidem ſaepe fortius et magis regulariter ipſis arteriis pulſabant; ſecundum alius iuuenis, timore et furore externo ſuffocatione et palpitatione cordis affecto, in quo eadem phaenomena tertio die animaduertebantur, ſed quarto die accedente aſthmate et hydrope pectoris, ſubſequente nocte exitiali, cedebant: inueniebantur in vtroque ventriculo cordis admodum dilatato compacti grumi ſanguinis, aliique, qui orificium aortae et magnam eius partem

tem obturabant, auricula dextra multum dilatata, aque ac vasa pulmonalia, in arcu, tuberculis duris nigrescentibus obsita. Tertium exemplum est viduae 64 annorum, post moerorem in suffocationis speciem, quae sanguinis missionibus solis leuari videbatur, incidentem, in qua cum palpitatione cordis et pulsu minimo celerrimoque manifesta pulsatio venarum colli turgidarum percipiebatur; post mortem, nono a primo insultu die euenientem, cordis inde ab exortu ad $8\frac{1}{2}$ pollices in cartilaginem durissimam versa, vasa pulmonalia multum dilatata et varicosa, et nonnihil aquae in cauum pectoris effusum, detecta sunt.

1. Cl. PELLIER, fratrum, *obseruatio de extractione cataractae singularis.* Prolongatio erat tunicae choroideae, quae super lentem crystallinam se extenderat: Nostri ergo, cataractam capsularem prius arbitrati, cum tunicam istam solam extrahere non possent, eam vna cum lente exirebant; aeger oculi huius vsum recuperabat, adeo, vt quadragesimo post operationem die negotia sua subire posset. p. 79.

Mense Augusto:

1. Cl. PERE' *de vena medinensi.* Morbus endemius videtur quibusdam Africae regionibus, v. c. Senegal, Gabon cet. in regione Congo rarissimus est; in insula S. Dominici seu Hispaniola nonnisi ex Africa huc delatus conspicitur. Nulli corporis parti parcit. Vidit eum Noster longitudine duarum vlnarum. Nonnunquam sub contextu celluloso, cuti substrato, iacet. Eodem affecti marcescunt sine febre, ac plerumque tabidi moriuntur, appetitu ad mortem vsque subsistente. Nonnunquam, sed rarissime, tumore aperto et suppuratione subsequente vermis sua sponte exit: p. 121.

ſed minus tuto negotium hoc naturae ſoli com-
mittitur. Si vermis totus exiit, vlcus ſponte in-
rum coaleſcit: ſi vero rumpitur, non niſi ſuppu-
ratione diuturniore malum ſanari poteſt. Tandem
exemplum eiuſmodi vermis, qui in puero nigri-
ſummopere iam emaciato, totum abdomen et pa-
tem inferiorem pectoris occupabat, quem Nöl-
intra quatuor horas totum extraxit, vltra duas vl-
nas longum: puer inde, nullo adhibito remedio,
ita conualeſcebat, vt, tribus menſibus elapſis, magno
pretio venderetur.

p. 132. 2. Cl. RICHARD DE LA PRADE *analyſe aquarum mineralium ad fanum S. Albani in provincia Forenſi* (le Forez) *ſcaturientium.* Quatuor ſunt fon-
tes in vnico loco poſiti, in monte illius regionis ori-
ginem ducentes. Reptilia breui ibi pereunt, vix
tamen niſi vnicus fons mephitidem exhalat, quae
operarios, illum expurgaturos, ab hoc negotio de-
ſiſtere coëgit. Fontes omnes inter ſe congruunt;
primus tamen fortior eſt reliquis. Cum ebullitio-
ne quadam ſcaturiunt, ſed non inſigni. Sapore
ſunt auſteri et ſtyptici. Lixiuium alkalinum, cae-
rulei Berolinenſis principiis praegnans, cum aqua
his commixtum, praecipitatum album, ſi vero ali-
quid ſpiritus ſalis additur, caeruleum largitur. Co-
pioſa ochra aquis ineſt, cum acidis mineralibus
efferueſcens, et in his ſoluta, additis guttis quibu-
buſdam lixiuii ſupra memorati, caeruleum Berolī-
nenſe praecipitans, addito vero phlogiſto in igne
tractata ferrum exhibens. Alkali fixum, his aquis
additum, praecipitatum album, ſolutio mercurii
lateritium, et argenti album producunt; infuſo
gallarum colorem purpureum, ſucco heliotropii
rubrum, ſyrupo violarum viridem colorem conci-
liant; ſaponem decomponunt, et cum acidis mi-
neralibus

aeralibus effervescunt; 48 horis elapsis infusum pallarum non amplius mutant, ochra martiali ad fundum vasis depositа. Examine chemico instituto invenit Noster, in mensura (*pinte*) contineri $8\frac{1}{2}$ pollices cubicos aeris, $\frac{2}{3}$ grani terrae martialis, 15 grana terrae absorbentis, 1 granum selenitae, et 12 grana alkali mineralis. Vsus earum est adversus morbos viarum vrinariarum, sed vis maxime cognita est antipsorica. Cl. RICHARD tractationem omnium aquarum medicatarum regionis Fontis se editurum pollicetur.

2. Cl. TESTART *observatio de fistula canalis Stenoniani.* Post odontalgiam absessus in gula formabatur, qui, omnibus licet adhibitis remediis, exterius rumpebatur, et ductum Stenonianum destructum ostendebat, ita, vt perpetuo saliua ex vlcere effiueret, duritie interim in media parte buccinatoris relicta. Cl. Auctor setaceum, vnguento basilico et praecipitato rubro illitum, per duram hanc partem traiiciebat, et ita sensim quicquid remanserat, suppuratione tollebat, saliuaeque viam in os iterum aperiebat: externe tantum emplastro glutinante vtebatur, quod applicationem setacei non impediebat: tandem, via noua saliuali perfecte stabilita, vlcus exterius cicatrice claudebatur. p. 139.

3. Cl. COMVS *noua experimenta de fluido electrico.* Eodem modo, quo antea *) aurum electricitati subiecerat, varia corpora, quibus antea particulas martiales magnetis ope sustulerat, tractauit, et indolem martialem in nonnullis ab vnica, in aliis a septem vel octo scintillis restituit: sunt haec pars rubra sanguinis humani, cineres sanguinis equini, caeruleum Berolinense, varii croci p. 152.

*) Vid. Iournal de Médec. Tom. XXXX. p. 163 sqq. vid. superius p. 195.

martis, terrae martiales, puluis laterum, fabuli variae ſpecies, platina et cobaltum. Multas alias ſubſtantias ex omnibus regnis naturae petitas cum intra chartas, tum intra laminas vitreas collocauit, et mutationes colorum inde ortas ſollicite conſignauit, quas vero hic tradere non poſſumus. Adamantes minores, intra chartas collocati, aeque facile, ac metalla, fluido electrico tranſitum permittunt: puluere adamantis autem intra laminas vitreas collocato, ſcintilla excitata has in plurimas partes a centro ad peripheriam diffregit; ſcintillam debilior puluerem cum vitro coniunxit, colore multiplici, iridis ad inſtar, in quo tamen griſeus colorem obtinebat, ſuperinducto.

p. 271. Diſquiſitionem corporum metallicorum porro continuauit: aequali portione arſenici et ſulphuris inter ſe coniunctis et ſcintillae electricae ſubiectis auripigmentum produxit; ſubſtantias inflammabiles et reſinoſas eodem modo fudit: poſtea gummas varias explorauit, et denique modum faciliorem excitandi electricitatem communicauit.

p. 374. Deinde de reſuſcitatione metallorum per electricitatem amplius diſſerit, eamque phlogiſto, per fluidum electricum ex ſubſtantiis metallicis, ab electriſatione requiſitis abrepto et calcibus metallicis addito, adſcribit. Auro intra laminas vitreas vel chartas collocato colorem caeruleum vel viridem conciliauit. Rurſus modi quidam faciliores electricitatem excitandi, et ſupplementum indicis corporum, quae per communicationem electrica ſunt. Phaenomena mutationum per electricitatem in puluere adamantis productarum exactiſſime conuenebant cum iis, quae minium praebet: inde plumbum ad compoſitionem adamantis concurrere, Noſtro veriſimile videtur, praeſertim cum iſti metallo

et

et candor et grauitas ſpecifica vitri illius, quod *Flint-glaſs* dicunt, ſine dubio adſcribi debeat.

4. Cl. DU POUY *tentamen de theoria reſonitus* (contre-coup) *in omnibus corporis humani partibus.* p. 158.

Reſonitum definit Cl. Auctor laeſionem productam a vi externa parti remotae applicata, ſine eo, vt partes intermediae ſimul afficiantur. Duas eiusdem claſſes conſtituit, alteram eius, qui fit in fluidis, alteram, qui fit in ſolidis partibus. Ad priorem claſſem ſolum fere ſyſtema vaſorum ſanguiferorum pertinet: varia eiuſmodi exempla hic recenſentur. A lapſu in pedes colica, et inde dyſenteria lethalis, oriebatur; in ileo et colo multa vaſa varicoſa apparebant; ſimiles fere effectus Voſſer in virgine a lapſu in genua vidit, in qua grauis ponderis in abdomen deſcendentis ſenſu hernia affectum ſuſpicabatur, cuius vero ſectionem adminiſtrare non potuit. Iuuenis ab alto deſiliens commotionem capitis, loquendi difficultatem, ideoque perturbationem ſentiebat, ſed duabus venae ſectionibus promte adminiſtratis liberabatur. Vir quatuor mentes delapſus ſtupore afficiebatur, quem per duos menſes tolerabat; rurſus 4 menſibus elapſis tumor in capite enaſcebatur, qui deſtructae parti ſuperiori oſſis bregmatis originem debebat, et compreſſus aegrum in ſtuporem coniiciebat: poſt mortem tumor hic fungoſus inueniebatur, a vaſis durae matris ſibi inuicem intertextis formatus. Homo in lapſu vehementer in os occipitis impingebat: protinus functiones ventriculi turbatas et magnum pondus ſenſum, ſed abſque dolore, in fronte percipiebat, colore faciei in flauum verſo; iterata vena ſectione dolor viuacior per totum caput ſe extendebat, et tandem poſt plures menſes, redeunte per interualla dolore ac demum grauiore morbo ſuperue-

ſuperueniente, qui copioſas venaeſectiones exige-
bat, aeger plane conualeſcebat.

Reſonitum duriorum partium aeque oſſa plana ac cylindracea experiuntur, horumque fra-
rae longitudinales, a nonnullis hodienum im-
rito in dubium vocatae, huic cauſſae adſcribe-
ſunt. Vir ex alto delapſus pedi dextro innitebatur,
ſed progreſſurus eumdem fractum eſſe ſentiebat.
Cl. Auctor fracturam tibiae et fibulae infra capi-
prioris, ſumme parallelam inueniebat, fracturaeque
interpoſitam ſubſtantiam, ſcobi ligneae ſimi-
quae nil erat, niſi oſſis minimae particulae, tacta
percipiebat: tumor et inflammatio repetitas vena-
ſectiones exigebant; topica nulla conducebant
praeter lotionem, qua Cl. Auctor crebro, topicis
in vulneribus ſclopetariis, vtitur, ex ſalis am-
niaci ʒſ, ſalis ſaturni et terrae ſigillatae ana ʒj,
cuius ʒj cum ʒviij ſpiritus vini lagenae, quae ma-
ſuram capit, infunditur, et reliquum ſpatium aqua
communi repletur; ſi ea vtendum eſt, agitan-
quantum requiritur, calefieri debet. Poſt tri-
menſes curatio perfecta abſoluebatur emplaſtro ta-
pharmaco, quod Noſter ex lithargyrii et aceti fe-
gulorum parte vna, et olei oliuarum partibus du-
bus parat, cui aequalem partem emplaſtri Nor-
bergenſis, et ad gratiorem colorem obtinendum
parum cinnabaris factitiae admiſcet, et cuius vſum
itidem in multis caſibus egregium deprae-
Femina vtrumque crus prope malleolos frangebat,
eodem itidem loco in vtroque ſeruato multa ma-
iora, et innumera minora fragmenta aderant; cru-
vero dextrum (vti plerumque obſeruauit Cl. Au-
ctor, centrum grauitatis magis dextrorſum va-
gere) vehementius laeſum erat, vulnere ſimul ad
malleoli dextri latus a fibula inducto: criſta tibiae
ad ſex pollicum longitudinem et vnius latitudinem
ſoluta

...latus erat, et vix periosteo adhaerebat: duode-
...cimo die gangraena in metatarso accedebat, calca-
...neusque carioſus redditus peribat; poſtea meta-
...tarſus in margine ſuper tarſum, ruptis penitus li-
...gamentis aſcendebat: tamen, cruribus in ſitum
...ſuum directis et in eodem loco faſciae octodecim
...dierum ſolis linteis complicatis ſeruatis, et lotione
...ſaturnina deſcripta adhibita, aegra conualeſcebat,
...et optime incedit, licet criſta tibiae deſit, et tar-
...sus metatarſus anchyloſi inter ſe coniuncti ſint.
...JACQUES, femur dextrum, modo valde obli-
...quum, ſimili ex ratione fregerat; ſoluto poſt tres
...menſes et dimidium menſes callo; Noſter eumdem ta-
...lum perfecte reſtituebat.

...Idem de reſonitu cranii diſſerit. Narrat, ſe
...ipſum, quum aliquando capite in ferrum promi-
...nens impugiſſet, ſenſiſſe vibrationem ac ſonitum
...ictu facto per totum caput ſe extendentem et
...ſonum, quem cum ſonitu chordae tactae com-
...parat; quatuor venaeſectionibus adhibitis ille diſ-
...paruit. Homo quidam noctu in platea proſtra-
...tus et continuo, in regione parietali ictus experi-
...mentum ſe percepiſſe referebat; ſanguinis miſſio-
...nes crebriores ſtuporem et ſenſuum abolitionem
...non innouebant, nec trepanatio aliquid auxilii prae-
...ſtabat; poſt mortem inueniebatur dura mater in to-
...to ambitu oſſium parietalium et maxima parte ſutu-
...rae coronalis ſeparata, et vna cum cerebro quam ma-
...xime ſubſidens, et cerebrum conſiſtentiae pultaceae.
...Figuram ſphaericam cranii impulſu externo mutari
...poſſe, ex mutata eadem forma in globulo eburneo in
...cerebrum delapſo Noſter declarat, et duobus exem-
...plis confirmat: in altero os occipitis in parte late-
...rali dextra et nonnihil inferiore ſtellae in modum
...confractum erat, pericranio tamen adhaerente; tre-

pano

pano admoto nil nisi parum sanguinis congre
super dura matre inueniebatur; sed post
apparebat, cerebrum et consistentia, et conna
ne mutatum esse; sinus in basi cranii sanguine
gidi; fissura a loco laesionis ad foramen
continuata; post petrosum diffractum; apoph
clinoideae posteriores prope radicem, sella
ca vero in parte anteriori et versus latera
margines orbitales nonnihil depressi cum
minimis; sanguis hinc inde in diploe ossium
matis stagnans, et lamina vitrea in nonnullis
destructa: sciendum tamen est, hominem
iam per aliquod tempus ab ictu in capite
de cephalalgia continuo conquestum esse,
ram rationem lapsus patuisse. Alterum
plum est virginis, quae in latere dextro
equo percutiebatur; pars fracti ossis elev
lebatur, quae vero lamina vitrea privata
exacte parallelogrammum 24 lineas long
latum, referebat; trepano applicato for
dura matre apparebat, per quod lamina
ipsam cerebri substantiam penetrauerat,
extrahebatur: nihilominus aegra occu
cto cranio exulcerationes quaedam pro
vbi lamina haeserat, apparebant, reliquo
dura matre sanis.

Mense Septembri.

p. 215. 1. Cl. DU BOURIX *de tetano idiopathico*
sali, frictionibus mercurialibus sanato. Iu
terdum lumbagine vexatus, tetano corripi
qui solius brachii sinistri motum aliquem
rat. Cutis erat perspirabilis. Multis remedi
stra datis, de die drachma vna vnguenti mer
lis inungebatur simul cum balneis tepidis,
sectione praemissa et interpositis clysmatibus
laxantibus. Perspiratio largissima mouebatur

aeger post sedecim frictiones sine vlla saliuatione sanabatur.

2. Cl. MILLERET *obseruatio de metastasi lactis.* p. 231. Feminae abortum passae febris superueniebat, quae lochia et lac supprimebantur, nec restitui poterant: tunc abdomen tumere incipiebat, tympanitem mentitum; interea post octo menses aduocatus Cl. Auctor decubitum lactis cognoscebat, et paracentesin suadebat, qua vero repudiata tumor tandem prope vmbilicum, praegressa inflammatione, rumpebatur, et ingentem quantitatem materiae albae, pultis tenuioris consistentia, quae odore lac corruptum referebat, effundebat. Tunc Noster, iniectionibus detergentibus immissis, partes putanti corrupti, et deinde materias purulentas, foetidissimas euacuabat: interno tunc aeque ac extrapo corticis Peruuiani vsu continuato, tandem pars quaedam intestinorum tenuium, coloris liuidi, orificio vulneris se offerebat, quae licet reponeretur, tamen post biduum rumpebatur; successiue partes membranaceae obscure fusci coloris, ex quibus aliquae pedis longitudinem, et in media parte pollicis latitudinem habebant, clysmatum ope euacuabantur; tandem sensim sensimque clysmatibus aliquae remixtae, chylus contra ex apertura vmbilici parcior prodibat, ac denique plane cessabat: ab nimis autem fractum solidorum robur primo oedema pedum, denique, prorsus iam consolidato vulnere, ascites superueniebat, cui denique Noster paracentesi et vino cum senna, cortice sambuci et radice iridis nostratis infuso, subiunctis sub finem alui purgantibus leuioribus et diaeta bona, post quae ab abortu menses felicissimo cum euentu metiebatur.

3. Cl. CROHARE' *epistola de vnione ferri cum mercurio.* p. 276. Partes aequales vtriusque metalli, nullo accedente

accedente intermedio, inter se coniunxit, quod amalgama totum a magnete attrahitur, et cum acidis et alkalibus, sine eo, vt decomponatur, coniungi se patitur: inde remedium ad morbos chronicos proficuum pollicetur, cuius iam quosdam effectus se obseruasse ipse adfirmat.

Mense Octobri

p. 314. 1. Cl. ROUX, Auctoris huius diarii, *observatio de hydrope cystico hepatis, in cadauere hominis suffocatione mortui inuento.* Vir 26 annorum colicis doloribus afficiebatur; cum omnia symptomata vomitorium indicare viderentur, Cl. Auctor illud exhibebat, quo et subiuncto purgante aeger iuvabatur, vt sanatum se putaret; sed cum vellicante se corpus inclinaret, subito concidebat, extremitatibus frigidis et sudore viscido obtectis, adhibitis auxiliis quibusdam ad se redibat, tunceque dolore dere in regione ventriculi, suffocationem minante quaerebatur, regio etiam epigastrica nonnihil elevata erat, sed absque dolore, et hepar optime tactu dignosci poterat, tunc etiam aeger narrabat se iam a longo tempore in latere sinistro non posse decumbere, ob ponderis in hepate sensum, ex quo tumorem hepatis suspicabatur Cl. Auctor: suffocatione tamen subsistente, neruos simul affici putabat, ideoque neruina et antispasmodica porrigebat; altero die omnia symptomata cessauerant, praeter dolorem renum et pondus in ventriculo, anxie tunc efflagitabat aeger vomitorium, quo se sanatum iri certo persuasum habebat, quare tertio die, qui septimus totius morbi erat, tantum leuissimum per partes sumendum exhibebat; hoc mirifice leuabatur, suffocatione plane cessante, ita, vt hilaris consortio aliorum interesset; sed vesperi syncope et suffocatio redibant, et intra quadrantem horae moriebatur. Inspecto post mortem cadauere

dauere totum dorſum, latera, manus vtraque, praeſertim extremitates digitorum, et glans penis, vehementer ſugillata inueniebantur: aperto abdomine, omentum contractum et quaſi inflammatum; curuatura magna ventriculi et inteſtina tenuia ſugillata, ſicut cutis; duae intus ſuſceptiones in his inteſtinis, ſed ſine incarceratione; hepar inſignis voluminis, inque parte concaua lobi maioris tumor inſignis, ex quo aqua limpida, leui viridescente colore tincta, promanabat; continuata inciſione apparebat cauum interius album et callosum, cui ope contextus celluloſi tenuiſſimi cyſtis bilis, ſatis craſſa quidem, ſed facillime ſeparanda, paruae menſuram liquidi caperet, adhaerebat; corpus hepatis molle, coloris naturali obſcurioris; vesicula fellea fere vacua; lien durus, coloris caerulei intus nigri. In pectore pericardium ne guttam quidem liquoris continens, cordi maximam partem per contextum celluloſum laxum adhaerens; auricula dextra admodum extenſa, parietibus adeo tenuibus, vt vix a venae cauae principiis diſtingui poſſet, ſuperficie interna polita; immediate, abſque prominente margine, in ventriculum inferebatur; auricula ſiniſtra ſimilis fere ſtructurae; in poſteriori parte parietis anterioris ſinus venae cauae inferioris paruum corpus cartilagineum offeſcere incipiens, figurae irregularis, radices hinc inde ſpargens; intra primas ramificationes arteriae pulmonalis tenera concretio lapidea, folliculo incluſa; cor molle, flaccidum, ventriculo ſiniſtro multo maiore dextro; ſanguine fere vacuum, praeter parum quantitatem nigram et plane diſſolutam; vaſa coronaria prorſus vacua; pulmones fere vbique, imprimis diaphragmati, arctiſſime accreti, prorſus vero imprimis ſiniſtra, ſugillati, ſicut etiam pleura costae contigua; pulmo dexter ſpeciem retis, lineis

nigris distinctis, offerebat; bronchiis sinistris dissectis, insignis quantitas sanguinis nigri dissoluti effluebat. Mirandum omnino, aegrum antea de nullo grauiore morbo, quam debilitate ventriculi et frequente catarrho, conquestum fuisse. Sanguis in pulmonibus haerens sine dubio per contextum cellulosum huc delatus putandus est: alias certe vel ante vel post mortem per os exitum quaesiturus fuisset.

p. 326. 2. Cl. DEFOS feminae sexagenariae hydrope pectoris laborante, praemissis purgante, et conveniente diaeta praescripta, vtrique femori vesicatorium applicuit, et interne mixturam ex succi chaerophylli ℥vjii, syrupi rhamni cathartici et oxymelitis scillitici ana ℥j, pulueris cantharidum et kermis mineralis ana gr. j vnica dosi mane sumendam propinauit, quae per aliquot dies, addito denique altero grano cantharidum, continuabatur; tunc purgans interponebatur, ipsaque potio magis purgans reddebatur, mutataque deinde medicamenti forma omni tri vel quadrihorio cochlear mixturae, quae ad vncias quatuor tria grana capiebat, exhibebatur: hoc modo, subiunctis reliquis auxiliis, morbus intra sex circa septimanas plane sublatus est.

p. 333. 3. Cl. FARION *obseruatio de germine variloso.* Femina, quae altero iam aetatis anno variolis laborauerat, filiam partu edebat pustulis suppurantibus obtectam, quae vero, mortuo post dimidiam horam infante, subsidebant; mater per totam grauiditatem nec varioloſos vidit, nec cogitationes eo direxit, licet tunc morbus iste grassaretur. Duodecim vltimis diebus aegritudinem, quam exprimere non poterat, nec vlterius curabat, sensérat.

4. Cl.

4. Cl. RAILLARD *obſeruatio de hernia inguina-* p. 347.
li. Incarceratio non in annulo, ſed in ſacco herniolo ipſo erat: ſectione facta hic apparebat in parte ſuperiori tumidior, cui omentum vehementer inflammatum ac durum adhaerebat, quod Noſter ſeparabat, vti inteſtinum, quod poſterius ſacco adhaerebat. Parte deinde tumida ſacci, quae incarcerationem effecerat, diſſecta, repoſitio fiebat: quum vero aeger ſitum imprudenter mutaſſet, omentum rurſus prolabebatur, et pars eius in ſacco incarcerata, quum eius dilatationem aeger recuſaret, intra biduum eadem gangraena corripiebatur; aeger, perpetuo ferrum extimeſcens, tandem ad ligaturam partis alienatae conſentiebat, qua pars haec 24 horis elapſis ſecedebat. Sex ſeptimanis morbus plane ſanatus eſt, ita tamen, vt aeger prophylaxeos cauſſa bracherio vtatur.

5. Cl. CHIZEAU in puero 15 annorum, va- p. 353.
riolis confluentibus laborante, ſcrotum inflammatum et breui tempore, applicatis emollientibus, gangraena prorſus deſtructum, et poſtea rurſus generatum vidit, quam naturae operationem ſola ſua deligatione iuuabat: cicatriſatio a peripheria verſus centrum; penis tardius, quam teſticuli, obtegebatur. Tribus ſeptimanis aeger perfecte conualuerat.

6. Cl. BOULEYRE cariem oſſis ſacri, quae p. 361.
illud penetrauerat, praeſente ſimul inſigni gangraena, ſolis fere naturae viribus, ſub deligatione maximam partem ſicca, gangraena per inſperſum corticis Peruuiani puluerem correcta, et aptis auxiliis internis ſimul adhibitis, perfecte curatam vidit, nullo vlcere fiſtuloſo relicto.

7. Cl. GIROUD *obſeruatio de mola aërea.* Par- p. 370.
tu abſoluto, quum digitum in vaginam immitteret, ſentiebat tumorem oblongum, mobilem, mollem,

liberum, orificio vteri oblatum, qui, ampliore reddita via, facillime egrediebatur, in manu detentus figuram ſphaericam aſſumebat, ex membrana ſubtiliſſima et maxime polita, diaphana formatus, leviſſimus; ſimulac globum hunc in menſa collocaret, crepabat cum exiguo ſonitu, nullum ſui veſtigium neque odorem relinquens.

Menſe Nouembri:

p. 410. 1. Cl. POMA aegrotum, per plures annos palpitatione cordis adeo vehemente, vt pulſatio arteriae coeliacae per veſtimenta interdum conſpici poſſet, tandem accedente hydrope pectoris poſt cruciatus acerbiſſimos occumbentem vidit: ſectio cadaueris offerebat parum ſeri rubelli in cauitatem abdominis effuſum, cuius viſcera ſana erant, ſed ventriculus inſigniter aëre diſtentus totum hypochondrium ſiniſtrum, partem dextram vbi partem hepatis obtegebat, et partem regionis vmbilicalis occupans; pectus ſero ſimili profuſo repletum, pulmones ſani, ſanguine nigrescente farcti, pericardium inſignis voluminis, itidem ſero plenum cor naturali triplo maius, totam ſiniſtram cauitatem thoracis vſque ad mediam eius partem implebat, ventriculis et auriculis grumis ſanguineis repletis, vaſa coronaria ſanguine turgidiſſima, arteriae omnes maiores ſaniſſimae.

p. 441. 2. Cl. IUSSY vulnus, cultro in parte media et interna femoris inflictum, in quo arteria ad partem quandam diſciſſa erat, applicato torculari, ſim laxius iam arctius conſtricto, et per decem dies ſervato, ſine plenaria diſciſſione vaſis aut ligatura eiusdem ſanauit.

p. 448. 3. Cl. MARTIN in virgine crebris rheumaticis inſultibus obnoxia, dolore ac ſuppuratione auris praegreſſa, tumorem pone aurem cum tenſione vehementi ad pectus vſque deſcendentem vidit, qui tumor prope apophyſin maſtoideam aperti

mag-

magnam copiam puris fundebat, et, ſimpliciſſimis remediis adhibitis, intra menſem ſanabatur.

Menſe Decembri:

1. Cl. FOURNIER, medicus Breſtienſis, ape- p. 504.
riebat cadauer viri, qui poſt dolores ventriculi et inteſtinorum, per quinque ſeptimanas ſubſiſtentes, erat demortuus. Ventriculus regionem hypochondriacam, lumbarem et iliacam lateris ſiniſtri replebat, longitudinaliter ſitus, et inferius margini foraminis oualis adhaerebat; pylorus fere in regione vmbilicali ſitus erat; inteſtina omnia, excepta parte coli pone ventriculum collocata, in latus dextrum detruſa quaſi erant; craſſa ſolito anguſtiora. Longitudo ventriculi a principio curuaturae magnae vſque ad foramen ouale erat 10, et curuaturae minoris ac pylori vſque ad inſertionem in duodenum 7½ pollicum: forma quadrati oblongi, quouis latere 4 pollices lato. Totus canalis inteſtinalis inde ab oeſophago colore nigricante intus obductus erat, quem etiam omnia eius contenta, vna cum odore foediſſimo, contraxerant. Prolixus autem horum eſt index; plurima fruſta ligni, ex quibus pars circuli, quo dolia continentur, 19 pollices longa, porro varia vtenſilia aut illorum partes, ex metallo confecta, quinque nuclei prunorum, fragmentum cornu, duo fragmenta vitri, duo fruſta corii, culter manubrio ligneo inſtructus: numerus omnium eſt 52, et pondus librae vnius decem vnciarum, quatuor drachmarum. Subiunctis quibuſdam rebus, quae ad vitam huius polyphagi ſpectant, finem huius articuli facit teſtimonium, eorum nominibus munitum, qui prorſus ſingulari huic ſectioni interfuerunt *).

*) Comm. noſtr. Vol. VI. p. 634 ſqq. et SAM. GOTTLIEB VOGELII diſſ. de polyphago et lithophago Ilfeldae nuper mortuo ac diſſecto, Goetting. 1771. 4.

p. 519. 2. Cl. FOURNIER, medicus Diuiodunenſis, caſum praecedenti quodammodo ſimilem enarrat. Ruſticus coena multa ceraſa vna cum nucleis deglutiuerat; inde iam altero die vomitus accedebat, habitualis redditus, et tandem increſcentibus ſymptomatibus, per 17 dies ſubſiſtentibus, aeger poſt quatuor menſes et aliquot dies moriebatur. Sectio cadauere, in orificio inferiore ventriculi tumor, viam fere praecludens, ſcirrhoſus, et huic a latere adhaerentes tres nuclei ceraſorum, filamentis firmis cum illo coniuncti, inueniebantur; reliqua inteſtina ſana erant, excepta anguſtia in parte ſuperiore ilei deprehendenda, quae non niſi fluidiſſimis tranſitum permittebat. Principium ſcirrhoſitatis huius iam antea, et forſan ex vitio haereditario, adfuiſſe ideo ſuſpicatur Cl. Auctor, quia duo fratres et auus eiuſdem ſimili morbo mortui fuerant.

p. 554. 3. Cl. BOURIENNE militem ictu pugionis militaris (*bayonnette*) in regione lumbari dextra laeſo, quod vulnus in renem ipſum penetrauerat, intra 24 dies ſanauit; primo ſtatim ab initio ſanguis rubicundus per vrinae vias excernebatur, qui vero breui ceſſabat: tertio vero et ſexto die, praegreſſa iſchuria moleſtiſſima, ſanguis congrumatus excernebatur. Remedii ſimpliciſſimi cuiuſdam, ſed tunc ſatis efficacis, nempe iniectionis aquae tepidae in veſicam, non, niſi morbo ſuperato, Noſter recordatus eſt.

XV.

Descriptiones animalium, auium, amphibiorum, piscium, insectorum, vermium; quae in itinere Orientali obseruauit PETRUS FORSKÅL. Prof. Havn. Post mortem Auctoris edidit CARSTEN NIEBUHR. Adiuncta est materia medica Kahirina atque tabula maris rubri geographica. Havniae 1775. Ex officina Moelleri; prostat apud Heineck et Faber. 1 Alph. 5 plagg. 4.

XVI.

Flora Aegyptiaco-Arabica siue descriptiones plantarum, quas per Aegyptium inferiorem et Arabiam felicem detexit, illustravit PETRUS FORSKÅL. Prof. Havn. Post mortem Auctoris edidit CARSTEN NIEBUHR. Accedit tabula Arabiae felicis Geographico Botanica. ibid. eod. 2 Alph. 1 plag. 4.

XVII.

Icones rerum naturalium, quas in itinere Orientali depingi curauit PETRUS FORSKÅL. Post mortem Auctoris ad regis mandatum aeri incisas edidit CARSTEN NIEBUHR. ib. eod.

Coniungimus trium horum operum, a naturae scrutatoribus diu multumque exspectatorum, recensionem, cum vno itinere et ab vno Auctore sint confecta, atque vnum eundemque finem spectent. In genere laudanda est Cl. NIEBUHR opera in edendis his libris, et typographorum cura in iis, quae ad ornatum horum librorum faciant, adhibita

hibitae. Auctoris ipsius summam fuisse attentionem et summam obseruandi artem cum egregia eruditione coniunctam inter omnes constat. Magni itaque vsus erunt hi libri, etsi praematura Auctoris morte hondum perfecti sint. Nam Auctor schedulis sparsis, minutimque dissectis solebat obseruationes suas committere, quarum in itinere et post mortem Auctoris non poterant non multae perire: interim eas, nullo modo mutatas, nec emendatas, sed omnes ab Auctore ipso scriptas edidit Cl. NIEBUHR.

Descriptiones animalium. cet. In primo itaque, quod descriptiones animalium offert, libro primum *faunae Orientalis conspectus* traditur: tum ipsae sequuntur descriptiones.

Fauna Orientalis. In fauna itaque animalium, iuxta LINNAEI systema ordinatorum, nomina Latina et Arabica: deinde patria, et si quae notatu digna fuerint, traduntur. Inter ea etiam multa sunt generis incerti et nomine solo nota. Nos ex hoc conspectu, cum maxima ex parte nomina tantum contineat, pauciſſima tantum notabimus.

p. x. *Squalus Zygaena* coenosum fundum amat, non coralliferum: homini infestus, *carcharia* peior. Mascatenses nautae carnem lubenter edunt, et
p. xvi. aphrodisiacam putant. *Exocoetum* etiam *non vola-*
p. xxvi. *tantem*, macerrimum vidit. Morbus ad *Lohaiam Erk* vocatus a *Gordio* vena medinensi proficisci videtur, etsi Cl. Auctori ipsum disquirere non licuit. Montes coralliferi ab vrbe Tôr vsque ad Ghonsodam ripas muniunt submarinas densissime; post hanc vrbem versus meridiem, rariores euadunt. In Nomenclatura *coralliorum* nomina triuialia aptissime mutuari posse e regno vegetabili, cum co-
p. xxxi. rallia sint cryptogama regni animalis. Graeci multis conchyliis vescuntur, e. g. *Tellina incarnata*, *Cardio*

Cardio eduli, Oſtrea varia, Mytilo exuſto, Pinna muricata et nobili, cuius tendo praeſertim iis eſt delicatula eſca. Conſtantinopoli pinna profundum alti maris occupat, vbi erecta ſtat, apice deorſum ſpectante. Ex cochleis comeduntur *Turbo chryſoſtomus*, *Trochus magus*, *Murex ramoſus*, et *lignarius*. *Trochus punctatus* pro medicina in haemorrhoidibus, externe applicatus adhibetur.

Deſcriptiones ipſae ſunt ſuccinctae, attamen clare et gnauiter factae. Nos, cum ſyſtematicis phyſicis ipſe liber legendus ſit, nouorum generum et earum tantum ſpecierum, quae ob peculiares proprietates ſint notatu dignae, mentionem faciamus. *Deſcriptiones.*

Noua genera ſunt e piſcibus 1. *Salaria*, quam tamen forte *Gadi* vel *Blennii* ſpeciem eſſe ſuſpicatur: *dorſo monopterygio, cirrhis nullis.* 2. *Scarus*: dentium loco, maxillas ipſas eminentes, margine dentato crenatas, oſſeas habet: atque huius ipſius ſpecies duae priores, *riuulatus* nempe et *ſtellatus*, FORSKÅLIO genus proprium, quod 3. *Siganus* dicitur, propter ſingularem corporis habitum conſtituere videntur. 4. *Acanthari* nomine etiam *Chaetodontis* ſpecies quaedam inſigniuntur, quae dentes vnius ſeriei, rigidos, acutos, contiguos, vel ſimplices vel lobatos obtinent; cauda in vtroque latere aculeo vno, vel pluribus; exſerto et rigido, vel mobili et recondendo praedita eſt. p. 22. p. 25. p. 59.

Inter molluſca quatuor noua ſunt genera. *Salpa* corpore libero, gelatinoſo, oblongo, vtroque apice aperto, intus vacuo, inteſtino obliquo. Duae eius ſunt familiae 1. nucleo globoſo, opaco iuxta anum, 2. nucleo nullo, ſed linea dorſali opaca. Nomen huic Vermi datum, ob ſimilitudinem formae cum tubo canoro. Animal plerumque *gregarium*, mira cohaerens ſymmetria; motum p. 112.

tum corporis per ſyſtolen et diaſtolen ſiphonica arte perficiens. Species eiusdem duodecim detexit, deſcripſit omnesque depictas iconibus tradit.

p. 117. *Pterotrachea:* corpore libero; gelatinoſo, pinna gelatinoſa, mobili, ad abdomen vel caudam; oculis duobus intra caput. Nomen a *pinna mobili*, corpori affixa peruio et tracheato ſumtum: cuius quidem generis quatuor ſpecies deſcriptae, quinque autem depictae dantur.

Phyſſophora, corpore libero, gelatinoſo, e veſica aërea pendente, membris gelatinoſis, ſeſſilibus ad latera, tentaculis ſubtus plurimis. Situs animalis hydroſtaticus, ſublatus pulmone extra corpus; ad formam machinae, quam diabolum Car-

p. 119. teſianum appellamus. Tres huius generis ſpecies ſunt deſcriptae et depictae.

p. 121. *Fiſtularia*, corpore libero, tereti, longo, vndique papilloſo, ſubcoriaceo, tentaculis oris plurimis, retractilibus, apice dentatis. Animal ſiphonizans, reciproce ſpirans; ex apertura laterali ori proxima fila emittens poſt mortem. Quatuor ſpecies deſcribuntur, quinque delineatae traduntur.

Iam ad ſpecierum contemplationem accedimus: atque hic quidem magnam ſatis nouarum ſpecierum copiam, et notatu dignas correctiones iam cognitarum animaduertimus. Numerus nouarum auium eſt 17, amphibiorum 19; piſcium 114; inſectorum 62, vermium 87; coralliorum 33: e quibus quidem haec commemoramus.

p. 5. *Turdus Seleucis*, mas criſta et colore rubro pulcherrime eſt ornatus, et grate canorus. *Grylos* exſtirpare ſolet; hinc Turcis fere ſacra eſt auis,

p. 7. quam occidere inuiti ferunt. De auibus migratoriis notatu dignas obſeruationes tradit: multae tamen aues nominibus triuialibus, ignorabilibus appellantur.

Teſtudo

Teſtudo terreſtris Graecis eſt ieiunii tempore grata: caput vnco auellunt, crudum ſanguinem auide bibunt, corpus lapide fractum inteſtinis purgant: carnem, hepar et potiſſimum oua coquunt. Delicati ſaporis eſca, medico quoque commendanda vſu in colica et febri lenta, praeſertim crudus ſanguis et oua. Haec ſiccata et grani doſi mixta lacti nutricis dantur infantibus inquietis et querulis. p. 12.

Lacerta gecko ſtridet fere vt *Muſtela*, cauda ſeparata a corpore viuo, per dimidium horae ſigna vitae motusque edit. Feles hanc Lacertam venari, illaque veſci aiunt. p. 13.

Coluber lebetinus morſu ſomnum infert, prorſus lethalem nec vincendum: ſorte veterum eſt *Aſpis*. p. 14.

Coluber Haje, noua ſpecies, quae irata, morſum intendens collum erigit et expandit, quantum poteſt, vnde valde attenuatur; mox inde inimicum petit vno ictu. Geſticulatores Káhirini frequenter illum circumferunt; exemtis dentibus nociuis: nihilominus artifices ipſi morſum euitant. Veneni praeſentiſſimi effectus in columba hic erat: ſuccus venenatus, pellucido flauicans, modica parte, vulneri leuiter inciſo femori columbae applicatus, intra horae quadrantem violentas capitis conuulſiones excitauit, atque columba, poſtquam magnam aquae copiam euomuit, illico mortua eſt: in diſſecta, praeter inteſtina diſtenta, omnia ſana. p. 15.

Coluber Baetan morſus in inſtanti necat, corpore vulnerato intumeſcente. *Coluber Hölleik* non quidem lethaliter mordet; at tumor ardens inſequitur, cui *Capparis antid.* pro medela eſt: ſolet etiam hominem afflare, et locus halitu tactus prurit; ſed fricus tela goſſypina rubra ſanatur.

Raia Torpedo, a reliquis differt, apertura branchiali vtrinque vnica lineari, oblique ſupra pinnas pectorales, pinnis abdominalibus, dentibus numeroſis, p. 16.

merosis, subulatis: cirrhis oris sex. Aegyptei coctam edunt sapidamque laudant. Notissima illis est eius mira proprietas tremefaciendi, cauda mota leuiter, dum caput eius tangitur manu. Motus tremoris leuissimus est, adeo, vt ex eius vi et celeritate doloris sensus nequeat deriuari: nihil vero electricitati magis conuenit, quam hic ictus: in manum sublatus piscis, aqua recens extractus, fortiter percutit cauda, fortius si sub ventre tangatur, quam lateribus, et leuius, si vnum attrectaueris latus. An phosphoriset, nec ne, vel valeat electricam vim communicare ferro, sericeis filis suspenso, experiri non poterat Cl. Auctor. In sola caudae verberatione vis consistit: illam enim si tangis, aut illa apprehensa piscem subleuas, nullo te ferit ictu. Oua *Raiae vulgaris* in febre intermittente pro medicina domestica adhibentur, carbonibus candentibus imposita, paroxysmo instante fumum obuelato capite ore naribusque hauriente. *Squali Carchariae* iecur, optimum medicamentum siphyliticis habetur.

p. 20.

Systema *Lacertarum* subiungit, quas in vndecim familias dispescit, quoad digitorum numerum, cristae praesentiam et corporis structuram.

p. 23.

Blennius Gattorugine, dorsi pinna vnica cum pinna caudae connata, capite obtusissimo, cirrhis tribus supra vtrumque oculum et vtrinque senis in postico vertice: dimidium spithamae magnitudine aequat: cuniculos in coeno inhabitat, vnde matutino tempore solet egredi, in porta apricans. Simul cum illo eandem domum occupat vermis, Arabis *Abu kobbab* dictus, capite variegato, etiam edulis, si decorticetur: is, serui instar, domum verrit capite, dum Blennius otiosus sedet spectator, qui etiam dactylis adhuc immaturis ludit.

De

De differentiis *Spari* et *Labri* haec notat. p. 31.
Spari genus dentibus inciſoriis longis acutis contiguis; molaribus mediocribus, graniformibus; interioribus intra inciſores et molares numeroſis graniformibus, plurium ſerierum; interioribus et poſterioribus ſenſim maioribus, totum palatum replentibus. Opercula ſquamata, foſſula dorſalis in plurimis. *Labri* dentes *maxillares*, validi, coni- p. 37.
co ſubulati, contigui. *Inciſores* mediocres, paullo interius poſiti, quam vicinus *caninus*, qui vtrinque vnus, reliquis duplo maior. Molares vna ſene poſt caninum, acuti contigui, retrorſum decreſcentes. Dentes *faucium* in maxilla ſuperiore et vtrinque breuis ſeriei, parui, conici, acuti rigidi, incipientes pone inciſorem vtrinque; contigua ac maxillaribus parallela ſerie poſiti, vtrinque quaterni. *Pinna* (membrana) *branchialis* radiis 5: *opercula* ſquamata, ſquamis laxis, latis. *Ramenta* euidentia, poſt ſpinas dorſi haerentia in margine membranae. *Radii dorſales* et *ani* ſpinoſi, membrana breuiores. *Pinna Dorſi* et *ani* baſi ſquamis ereĉtis. *P. caudae* baſi ſquamis ouatis. *Linea lateralis* ramuloſa duplex: aliis ſimplex, continua. Illa optima nota eſt, atque dorſi abdominisque curuatura: faſtidioſi enim laboris, et incerti euentus eſt radios pinnarum minutiſſimos numerare: radii pungentes conſtantiores ſunt et maioris vſus in piſcium ſyſtemate. Generalem obſeruationem hanc in- p. 43.
ſeruit: nullos generum characteres certos dari, niſi e *dentibus* ſumtos: qui pro animalium vitae genere varii ſunt.

Sciaenae omnes in foſſula ſpinas dorſi recon- p. 44.
dunt; de reliquo vaſtiſſimum hoc genus, cuius 29 ſpecies deſcribit, in octo familias diuidit. *Sciae-* p. 49.
na ſpinifera et *Sammara* aculeis operculorum et pinnarum pungunt dolore ardenti, vt *Scorpionis* ictus:

poſt

poſt aliquot horas ceſſat: ambae tamen ſunt edules: et *ſpinifera* adeo pinguis, vt e maioribus ſaepe
p. 54. excoquatur vltra libram adipis. *Scombri* genus commode ſubdiuiditur a) pinnulis ſpuriis diſtinctis; b) p. ſpuriis vnitis; c) p. nullis, pinna biſpinoſa ante pinnam ani; d) p. ſpuriis nullis, pinna
p. 59. biſpinoſa ante p. ani vel occultata, vel nulla. *Chaetodontis* genus etiam ſubdiuiſionem admittit: a) dentibus filiformibus, breuibus, numeroſis, multorum ordinum, denſis, acutis, interioribus ſenſim minoribus; pinna branchiali radiis 6, ſpinae pinnae analis 3. b) *abu-defduf:* dentibus maxillaribus vnius ſeriei, filiformibus, contiguis, ſubmobilibus, obtuſis, dentibus faucium nullis; annulo ſubtus circa oculos; pinna branchialis radiis 5, ſpinae pinnae analis 2. c) *Acanthurus*, qui diuerſum a Chaetodonte efficiat genus, cuius characterem
p. 63. ſupra *) dedimus. *Chaetodon vnicornis*, fronte cor-
Tab. nuta, cauda carinis vtrinque duabus, elatis, *tabu-*
XXIII. *la XXIII.* depictus, frequentiſſimus *Djiddae*, ſemper gregarius, nnmero 200 vel 400, habitat: her-
p. 66. bis veſcitur, caro eius non admodum grata. *Salmo Roſchal*, pinnis albidis, caudae dimidio inferiore rubro: colore argenteo: eſt HASSELQUISTII *Salmo dentex*, quem LINNEUS *ſyſt. nat. XII. p.* 531. ad *Cyprinum* reiecit: quamuis iure ad *Salmonem* ſit referendus: dentibus ſubulatis, maximis, prominentibus, exſertis inſtruitur.

p. 78. *Tenebrionum* alatorum tanta eſt cum *Carabis* affinitas, vt vel genere coniungantur, vel certe a *Tenebrionibus* apteris, ipſa natura ſic ſuadente, ſepa-
Tab. rentur. *Tenebrio arundinaceus*, Tab. XXIV. B. de-
XXIV. pictus, propter noxam, quam larua eiuſdem exci-
B. tat, notari meretur. Etenim in culmo *Arundinis niloticae*, inter corticem et medullam farinam ni-
gro

*) Vid. p. 505.

gro bruneam reperit FORSKÅLIUS, in qua paullo profundius *vermiculi* albi, ceu Laruae Tenebrionis, et pulueris illius architecti habitabant. Quo altius deſcendebatur, eo durior, pallidior magisque cohaerens farina inuenta eſt, donec in infimo culmo medulla intacta manebat. Haec enim *Arundo* pulpa repletur albida, quae in ſummo culmo, cortice delapſo extrauaſata, arida et ſinuoſa protumuit. Media pars ſimili modo exarida vndoſis plicis corrugabatur, in quarum ſinu haerebat iſta farina. Spicae ſegetum nigrae et aduſtae effici huius inſecti arroſione Cl. Auctori videntur: illas enim adgreditur eo tempore, quo in culmo demerſae ſunt, vbi plus inuenit pabuli, quam in ſegetibus ipſis, quarum medulla culmi parcior eſt, corticique adhaeret. Fieri ergo poteſt, vt ſementum hac farina et latente in illa inſectorum progenie inquinatum, terrae dum committitur, noxam lata vicinia diffundat. *Tenebrio polychreſtus*, apterus, p. 79. elytris mucronatis, ſingulis ſtriis nouem eleuatis, in triplicem potiſſimum vſum impenditur: 1) feminae Turcarum liberae et ſeruientes albae *artem ſaginandi* inuenerunt in his Tenebrionibus, dum tres quouis mane et veſpere butyro coctos comedunt: 2) contra *aurium dolores* Tenebriones aliquot cum oleo puro coquuntur; et huius olei duae aut tres guttae auri infunduntur, quae vix tribus vicibus repetitae ſanant: 3) contra *morſum Scorpionis*, Tenebriones quinque viui in aquae copia ſufficienti operte coquuntur, ſpatio octauae horae partis: ſic decoctum obtinetur colore rubicundo, coffeae ſapore. Scorpione laeſus bibat ſcyphalam vnam alteramque, vulnerique Tenebrionem diſſectum imponat; praeſentiſſimo auxilio dolor auertitur, qui in his oris per 24 horas intenſiſſimus

eſſe

esse solet, postea tamen sponte cessat, rarissime enim morsus Scorpionis est lethalis.

p. 81. *Gryllus gregarius*, admodum *G. migratorio* similis, ab Aegyptis, super carbones tostus, alis pedibusque reiectis, comeditur. Exsuccus est cibus; innoxius tamen, nisi, quod segnem caussaret sanguinem. Parum consumunt incolae, vt numerum eius vel tantillum minuant.

p. 83. Tab. XXIV. C. p. 84. *Cynips Sycomori aptera*, *Tab. XXIV. C.* icone delineata, excluditur in Sycomori feminae germine singulo, quod inde, quasi foecundatum, tumescit. *Formica maligna*, parua, nigra, vnguiculata: venenata, pungens, dolore vt ex scorpionum ictu, qui leuatur affuso *Basilici* recentis succo. *Formica animosa* rubra, in ligno habitans, oeconomis grata, ob vtile odium, quo persequitur *Formicas Dharr*, quae Phoenicem dactyliferum exitiose infestantur. *Scolopendra adhaerens*, digiti spithamae longitudine; morsu laedit haud lethali, sed multum vrente, minus tamen, quam ex ictu Scorpionis. Omnibus pedibus carnem perforat, non auellendo. Ergo ignito ferro caput Scolopendrae leuiter tangitur, quod mox eleuat, et sic per omnia membra continuando, tandem auellitur.

p. 95. Tab. XLI. E. *Cancer sedentarius*, macrourus, articulatis manibus adactylis, *Tab. XLI. E.* depictus, minorum est in suo genere animal oculorum forma, pedumque numero: ori nempe vtrinque *sphaerula oculiformis* adiacet, supra quam cylinder perpendicularis erigitur oculum referens: *pedes* vtrinque decem, septem paria thoraci adhaerent, adactyla, praeter quinti ordinis par, caeteris multo crassius longiusque, *femoribus* compressis, apice vnispinosis, carpis clauatis, chelis obouatis ventricosis, digitis adeo curuatis forficatis introrsum dente instructis. Priora 4 paria *plantis* gaudent *setaceis*, plantis

plantas posteriorum pedum thoracicorum longitudine superantibus, quae *membrana* subtus acuta vtrinque triplici, ouata, *natatoriâ* instruuntur. Singularis etiam architecturae inhabitat domum, cubico ventricosam, rugosam, gelatinosam, rigidam, vtroque extremo patulam. Hic residet incuruum, saepe situm mutans, his in cunis oua deponit pullosque excludit.

Termes fatale LINN. quod *destructor* Arab. *Arda* dicitur, est crux orbis calidioris: cuniculum, Auctori designatum, occupauerat pridem Termes. Circumspicienti, se statim prodit cuniculis daedaleis digiti latitudine, ad parietem deductis et perpendiculariter e fundo surgentibus. Sociale animal vnita vi laborat in destruenda re oeconomica hominum. Mira tamen creatoris prouidentia gentem infestam damnauit lucifugam; alioquin enim incolas regione eiiceret, iam tempus operi impendere debet, iam opus vastatorem prodit. Quisque opificum argillae humidae granum ore affert et margini applicat. Eapropter canalis durante labore semper duorum pollicum latitudine humidus est recenti adhuc incremento. Nonnulli interdum prosiliunt, quasi speculandi causa. Prima vespera ductus diruit Cl. Auctor: *Termetes* contra, eadem nocte ruinam restaurabant trium vlnarum longitudine: ductam deinde hino et inde lacerauit: substititque eius propagatio, donec fenestrae erant clausae. Candelam ardentem orificio obiecit, magno cum operariorum (scil. *Termetum*) incommodo: nihilominus inceptam continuabant porticum; furtim tamen et sub tecto: quamque antea in tenebris et sub vmbra venam spatio duorum pollicum producunt horae tempore, iam vnius tantum pollicis viam horae interuallo absoluebant. Aliquando fornicem longitudine quinque vlnarum

p. 96. T. XXV A.

deiecit; basi tantum intacta. Tanta attoniti clade, tota siluerunt nocte, sequenti vero aurora, iterum feruebat opus. Tubus illaesus semper laeuis et rectus; ruptus vero et reparatus, vulnera cicatrice monstrat. Omnem in vrbe *Beitelfakih* horti culturam affligit Termes, teneras decerpens propagines arborum mitioris fructus; inter quas *Caricam papayam* vehementissime laedit, ad summa vsque cacumina canales deducens. Truncum et radicem non aggreditur. Arbores *Citri*, repotas amaras, horret. Incolae simum, quem abominatur *Termes*, trunco arborum circumponunt.

p.100. Priapi, quem LINNEVS *Actiniam* nuncupauit, character genericus in viuo animale determinatus, est: corpus carnosum teres, basi affixum, superne planum, margine tentaculis numerosis, ore in medio protuberante, toto intra saccum retractili. *Priapus viridis*, fusco virens, tentaculis diametri longitudine, (Tab. XXVII. B.) valde ab incolis Alexandrinis timetur, dum aquas natando caussa ingrediuntur: est enim recutitis molestissimus, tumoremque grauiter dolentem caussat. Pulvis lateritii lapidis pro medela adhibetur. In *Priapo* Polypo, basi dilatata, corpore cylindrico, tentaculis maculatis, (Tab. XXVII. C.) peculiaria haec sunt: a) corpus erigere valet in altitudinem duorum pollicum; deprimit quoque, vt conuexum vix appareat, sed eiusdem cum margine superficiei, b) fila oris retrahit: quum basin fili cuius bacillo loco moueret Auctor, totum statim penicillum filorum porrigebat, et deinde retrahit: c) aliquot vermes, dum basis ita premebatur, simul ex maculis supra descriptis, fila rubra emittebant breuia, et adhuc alia sub basi: d) filum loco motum ferro presso ad basin corporis, vermis non sustinuit hanc vim, sed apicem clausum aperuit,

p.102. Tab. XXVII. B.

Tab. XXVII. C.

peruit, et tentacula protulit: alius vero experimenti ſcenam mutauit, et preſſus apicem non ſolvebat, verum maculas baſeos patefecit, ex quarum cauitate fila rubra depromſit plurima.

Holothuria ſpirans, oualis, coerulea, oblique ſtriata, ſubtus tentaculis diſci albis, radiis longioribus, nudis coeruleis, Tab. XXVI. K. depicta, Tab. XXVI. K. p. 104. de qua quaerit Auctor, an ſit *Thalia* LINN., aquam colore coeruleo tingit mortua. In eius nuclei *anguli* bullae aëris reſidui ſe manifeſtant vario motu, totoque vacuos probant et quaſi pulmones, quorum ope *Holothuriae* fere ſemper natant. Reſpirationi ergo inſeruiunt tentacula diſci: nam dorſo ſupinatum animal, aperuit ora tentaculorum, quibus bullulae aëreae adhaeſere. Nauigat ope caudae, tentaculis radii remigat, iiſque ſe tollit in aëra vel demergit. Sola pars rigida corporis et viſcera ſuperſtes in mari natans, ſceleton quaſi humani vermis ſiſtit; vbi Aſili, Oniſci, et Monoculi habitant. A nautis, farina aſperſa, vermis hic cum oleo vel butyro frixus edulis habetur eſca. Glutine natiuo vbique adhaeret. *Sepia octopodia* Alexandriae ingratum eſt animal hominibus, aquas incolentibus: cuti enim adhaeret ſuctione fortiſſima, ſine vulnere aperto: locus laeſus inflammatur ſine tumore, dolore intenſo ad medullas vſque penetrante. *Smirnae* tam exoſa non eſt *Sepia*. Graecis eſca ieiunalis: oua praeſertim inter delicias. p. 106. *Meduſa noctiluca*; orbicularis, depreſſa, virgulis punctiſque bruneis, marginis tentaculis ſubrubris, varietas eſt *M. Pelagicae* LINN. et vlceroſas ſcabieque infectas manus hanc non impune tractare perhibetur; FORSKÅLIVS tamen cute ſana ſine vſtulationis ſenſu eam geſtauit. Dixit, ſi quae alia, vera eſt noctiluca: multis experimentis in mari mediterraneo, vbi habitat, patuit p. 109.

tuit FORSKÅLIO, illam valde phoſphoreſ
eſſe. E margine lucem fortiorem amittit, qua
e nucleo. Lacerata et in mare proiecta lucida
ad fundum deſcendebant fragmenta. Partes
ſcerptae, aquae marinae in vaſculo mixtae et qu
ſatae copioſe ſcintillant: et ſtagnando aquam
corrumpunt. In cribello aquam ſuperfudi
ctor, quae dum tranſiebat, partes iſtae innume
radiabant ſtellulis, nec, ſaepe affuſa aqua, lu
minuebant. *Aqua* autem *marina* per chartam
bulam percolata, lucendi vim perdit. Innume
Meduſarum integrarum copia et corpora vulne
trita vel rupta, ſuccumque gelatinoſum effu
tia totidem certe phoſphoros accendunt. P
pendendum tamen eſt, vtrum Meduſae hae
cendi virtutem obtineant ex aqua, an haec a
duſis: immenſus ſcilicet oceanus minimae
parti tanta miracula debebit.

p.124. *Anomia tridentata*, teſtis inaequivalvibus,
iuncturam tridentatis, teſta longiore angulo
T.XL. ſeos marginata, Tab. XL. B. delineatur. H
B. teſtae tam arcte iunctae ſunt apice et margine,
ſine fracturae periculo, vel tantillum aperiri
queant: quare ad Patellas videtur haec Ano
propius accedere. Dum viuit, omnes alas colo
mouendo remigat, eaſque facile retrahit et
condit totas. Animal cardini tantum eſt affixu
conſtatque placenta orbiculata, rugoſa, albido v
reſcente, medio fuſca; baſi iuxta vexillum a
cebat globus flauicans, fere ſeparatus. Ver
vero et alis explicitis, carina duobus labiis ſe
bat. *Trochus dentatus* eſt edulis, coctus ſapo
p.127. dulci. *Helicis ianthinae* deſcriptio et icon accu
T.XL. tior, quam COLVMNAE, traditur tab. XL. C.
C. *Alcyonio Phuſca*, cui corpus affixum, tu
p.129. oblongum, cruſta coriaceo ſtupoſa, apertura
pli

ex lateralis, ſphinctere inſtructa, crudo Graeci
ſcuntur, quod ſucco Limoniorum imbuitur,
rice tamen reiecto. Corallia in oris Arabicis p. 131.
ra, aedibus ſtruendis apta ſunt pleraque, et
ida vrbs tota his litophytis conſtat ceu inha-
rum muſeum. Syſtema Coralliorum adornari
ſet in *ſolida* et *fragilia*, quod ſenſibus et offi-
domeſticis magis foret acceptum, quam no-
enclaturae eruditae. Nunquam ſatis eſt admi-
da Coralliorum copia in mari rubro: Scopuli
ſara littorea hic pretioſa ſunt eruditis, incom-
da nauigantibus. Diſcernuntur e longinquo
lore ex albo vireſcente, grato oculis otioſis ſpe-
culo: vſque ad decem orgyas haec ſaxa ſur-
nt. Dum aquis extrahuntur ſuprema parte in-
untur mollia, inde magis magiſque cartilagi-
ſa; fundus eſt lapis ſolidus. Calx e *Coralliis*
tur alba, ſubtilis optima. In *Madrepora dae-* p. 133.
la, ſtellis ſubhexagonis, parietibus vnitis, re- Tab.
latis interne et margine dentatis, quae Tab. XXXVII.
XVII. B. delineata eſt, animal inuenit *Priapum* B.
ſſiniam LINN. viridem vel cineream, quarum
eque ſuam ſtellam inhabitaret.

Echinum foſſilem deſcribit nouum, quem di- p. 140.
pentagonum, oblongum, ambulacris quinis, bi-
uis ſuperficie ocellata.

Subiuncta denique eſt materia medica, ex
ina pharmaceutica *Kahirae* deſcripta: in qua
em adeo vtilia non introducta reperiun-

Ad Floram Aegyptiaco Arabicam accedimus, *Flora Ae-*
ſpecierum agmine non mediocri, et nouis *gypt.*
Yemen detectis curioſum Lectorem incitat *Arab.*
llicit. *Eſtac* prope *Maſſiliam* primitias herba- p. III.

rum orbis meridionalis dedit Cl. FORSKÅLIO, ibique plantas 265 obſeruauit, quas nomine, et breui, ſi opus erat, obſeruatione in *Florula Ægyptiaco-arabica* recenſuit. Locus hic gaudet terra albo brunescente, et pingui montes vicini conſtant lapide calcareo albo et compacto, qui ſolis calori exposítus ſuperficiem liuidam induit: lapis arenarius adeſt albo brunus, mollis et cum aqua forti effervescens: inter ſtrata montium ſolidiora ſtratum arenae iacet. Ex plantis hic naſcendis nominamus, *Cynoſurum echinatum*, *Coridem Monſpelienſem*, *Aphyllanthen Monſpelienſem*, quae ad baſin caulis folio gaudet lineari, ex apice vaginae longae, membranaceae; ſi vero planta ſine radice euellitur, ſecedunt caules e vaginis foliumque relinquunt, et illa *aphyllae* nomen per errorem obtinuit.

p. V.

p. II. In inſula *Malta* deinde 87 plantas legit; nam horti pauci et inopes; flora in ſaxo calcareo Melitenſi habitat, et paruam plantarum progeniem educat. Calcareus mollis et vſibus domeſticis aptiſſimus eſt, conchyliorum exuuiae inharentes variae: humus hinc inde areolas occupat angulatas plantae pleraeque ſunt ſalinares.

Praef. p. 8. *Smirna* breuiſſimo temporis interuallo occaſionem herbationibus aperuit nullam. *Conſtantinopoli* per aliquot tantum ſeptimanas requiſiuit FORSKÅLIVS, in menſem Auguſtum reſedit parca dabantur ſpicilegia. Hortorum cultura

p. XV. neglectiſſima. In Pago *Belgrad* augmenta horarum inuenit. Dedit itaque *floram Conſtantinopolitanam*, *littoris ad Dardanellos et inſularum Tenedi*, *Imbros*, *Rhodi*, quae quidem valde, ipſo Auctore fatente, eſt imperfecta, ſubitanea et curſoria manu collecta; minime tamen ſterilis. Circa *Conſtantinopolin* primum obueniunt *agri*, remotius

colles deserti, *Cisto ladanifero*, *Erica umbellata*, et *Carlina corymbifera* vestiti. Ad vias passim est plantata *Pistacia terebinthus*. Dein siluae magis magisque exsurgunt, *Fago castanea*, *Arbuto unedine*, *Acere campestri*, et *Mespilo pyracantha* obsitae. *Hypericum asyrum* mira copia luxuriat inter arbores: et *smilax aspera* illas scandens, loca haec reddit perplexa, vltra quam dici potest. *Belgrad* pagus, iuxta aquaeductum, sylua *Carpini* pergratissima obumbratum, canali adhaerentes nutrit plantas, *Andropogon ischaemum*, *Asplenium*, *Rutam muraria*, *Physalin alkekengi*. In locis vicinis schistus atque arenosum solum occurrit. *Dardanelli* terra ambiuntur littorea, arenaceo petrosa, ruderatis mixta. Vno in loco terra cretacea et argilla porcellana. *Sesamum Orientale*, *Gossypium* et *Zea* magis in cultis habitant. *Tenedos* refert colles steriles, agris exceptis. Montes *Saxo* durissimo, rubicundo constant: aliud Saxum rasile et mixtum cum aqua fortis parum effervescit. Dolemus Auctorem horum Saxorum naturam non curatius indicasse: haud dubie sunt calcarei. *Natolia* e regione *Tenedos* littus offert arenosum, in quo *Salsola kali*, et *Isatis tinctoria* laete vigent. Superior area *Santolinam*, *Serratulam centauroidem*, et *Euphorbiam polygonifoliam* nutrit. Vlterius progrediendo plantae occurrunt Graeciae vulgares. *Imbros* incolas dit pauperrimos, ipsa tenuioris fundi et solo aquae dulcis fonte laudanda. Areolae paucae terrae melioris agros plantasque gestant: constat regio petra calcarea, quae mira latitudine substernitur insulis Archipelagi et maris mediterranei fere omnibus. Caeterum in dictis his locis plantas notauit 481; quarum pauciſſimas nominemus. *Iasminum officinale* colitur ob flores et ex iis paratum vnguentum, et propter caulem, ex quo fistulae ta- p. XVII. pag. XVIII.

bacariae parantur. Decoctum, ex radice, *Panis repentis* frequens in vſu, vt ptiſana apud Turcas.
p. XXI. *Capſici annui* fructus crudus edulis. *Hederae Helicis* folia recentia fonticulis imponuntur. *Santolinae*
pag. *ambigua* flaua; receptaculo nudo, pappo nullo,
XXXII. polygamia aequali, diſcoidea. Hac nota diſcedit a *Carpeſio;* receptaculo non paleaceo abit a *Santolina crithmifolia. Smilacis aſperae* turiones edules
pag. primo vere, grato ſapore, et ad depurandum ſanguinem vtiles putantur. Graeca nomina etiam addita ſunt.
XXXV.

Traiecto mari Aegaeo *Alexandriam* et Aegyptum venit et per *Roſettam* Nilum adſcendens *Kahirae* ſtationem annuam fixit. Ibique concinnauit *Floram Aegyptiacam* ſ. *Catalogum plantarum ſyſtematicum Aegypti inferioris, Alexandriae, Roſettae, Kahirae et Sues.* Cui praemiſſa eſt deſcriptio brevis *Aegypti* geographico phyſica, cuius, quantum
pag. fieri poterit, ſumma capita indicemus. Nilus
XXXIX. vtrinque adiacet *ſolum planum*, verſus Septentrionem magis ſubſidens; campi *Alexandriam* ambientes, collibus vallibuſque diſtinguuntur: verſus Meridiem altior ſurgit terra et fluuio ſuo ſuperominet; ſpatia vtrinque contrahit et circa Kahiram vix 4 milliariorum planitiem habet: area haec angusta *Aegyptus vera* vocari meretur, vtpote fertiliſſima, ibique duae terrarum occurrunt ſpecies. Prior *terra Nilotica* Cl. Auctori dicta, eſt argillaceo humoſa, ſubtilis nigro cinerea, aqua ſolubilis: *ſedimentum* eſt Nili effuſi, qui prioris anni ſtratum nouo ſtrato auget. Antiquiſſima enim hiſtoriae documenta, naturae conſenſu ſuffulta, Aegyptum in principio *paludem* deſcribunt. Euidentius ſtatuitur Nilum iuiſſe diffuſum vſque ad terram Libycam, totamque hanc planitiem inundaſſe fuiſſe: ille ſolum argillaceo humoſum annuis ſu-

dauit

dauit ſtratis, et in ſolidam eleuauit terram. Ex Africa ſuperiore Limi maſſam aduehi vniuerſam veroſimile non videtur, quum magna eius pars in Cataractis diſſipetur. Sed eodem lapſu nouae proturbantur ſuppetiae. In ſtatu inundationis perfectae, Nilus externa ſuperficie fere ſtagnans, curſum continuat ſolitum et ſubfluuiale affert ſedimentum. Interea terram aquis ſaturat, et ad Canales riuuloſque clandeſtinos penetrat. *Delta* Aegypto ſubuenit, vndas retardando earumque onera excipiendo, ne in mare defluant omnia. Altera terrae ſpecies eſt *Alexandrina* albo cinerea, ma- p.XLI.
xima ex parte *calcarea:* haec, quantumuis praeſtantiſſima, nihil valet arida et exuſta, niſi aqua ſaturata miteſcat: quam ex pluuia, Nilo, nebulis riuiſeris, et canalibus, puteis machiniſque hydraulicis recipit. Clima Alexandrinum tres numerat menſes pluuioſos, Nouembrem, Decembrem et Ianuarium. Fimum non ſolum inutilem, ſed prorſus noxium damnant terricolae. Soli Cucumeres ſtercoratione fimi columbini iuuantur. Fertilitas communi lege hic ad gradum ſeptimum, rariſſime ad 24 adſcendit. Triticum decies et Hordeum quindecies redit.

Vbi plana Aegypti area definit, ibi montoſa p.XLIV
inchoat. *Kahira* in deſerti huius confinio iacet. Inde ſerie perpetua vſque ad mare rubrum miſcentur colles valleſque. Illi lapide calcareo, petrefactis habitato, conſtant. Valles arctae et profundae plantis non multis virent in ſolo arenoſo, argilla temperato. *Arena mobilis* hinc inde a Nilo vel mari mediterraneo proiicitur: quae in deſerto orientali, remotius a pago *Caid Bey* in ſolidam montis cotacei rubri compagem. Inter rariſſimos lithogoniae prouentus arena minerae ferri conſpicitur in littore Nili, et Alexandriae, quam colle-

ctam in vaſculis latis diluunt, in quorum fundo argentum viuum inueniunt. *Lapis arenarius ſolidus* prope Alexandriam montem ſubterraſtrem conſtituit, *Catacombarum* concamerationibus famoſum. Petrefacta non rara ſunt in collibus calcareis, *lithoxylon* rarius, *gypſum ſtellare* lapides calcareos veſtit et foramina eorum replet: *cryſtalli ſpatoſae* plurimae, vt et *quarzeae* virides et violaceae. *Sale muriatico* paſſim impraegnata eſt terra, quod fertilitati eſt inimicum. Alexandria *Sal natiuum* ter quouis anno colligit ex fontibus ſalinis. *Natrum* prope pagum *Terrâne* inter *Kahiram* et *Roſettam* abunde ex fundo lacus ingentis colligitur: pars eius eſt rubicanda, cuius vſus ad ſaponem, ad augendam panis fermentationem, et ad carnis macerationem. Caeterum in Aegypto inuecti occurrunt montes arte et ordine digeſti, *obeliſcorum* et columnarum forma: quorum operum materia eſt *Granites*, *Spato ſcintillante* rubro praevalente, minus *Quarzo* albo, *Mica* nigra minime. *Iaſpidis* et *Porphyrii* innumerae varietates, quae tamen in montibus Aegypti ſuperioris fodiuntur.

pag. XLVI. Flora Aegypti inferioris, cum quacunque Europaea collata, pauperrima videbitur: at minime ſterilis eſt Aegyptus; ſed parum cum aliis terris habet commune, admiranda omnia, aërem, terram, fluuium, opera hominum et naturae. Nullae illic naſcuntur plantae alpinae, neque ſylveſtres, nec vigent genuinae fluuiatiles et lacuſtres. Borealis mundi frigora excludunt aduenas teneriores: et Aegyptus ardentiſſimo illas opprimit calore. Aegyptiacae plantae peculiari oeconomia vegetatiua viuunt: laxiſſima textura conſtant, vt venis ſemper aqua diſtentis refrigerium habeant paratum; orificia vaſculorum rorem excipiunt, et folia totidem ſunt radices: hinc tranſpir-

ſpiratio ſumma, vtilis plantis, arborum vmbras ſubeuntibus. Aeſtum diurnum perferre, radice inundata, et tranſire valent ab ariditate menſium aeſtiualium extrema, ad humiditatem diluuii trimeſtrem. Tempeſtatis ordo inuerſus quietem hiemalem plantis inducit regionum ſeptentrionalium, dum in Aegypto campus viret et natat omnis. *Entomologia* igitur breuem hic refert cenſum; oua enim inſectorum aquis diu ſtagnantibus ſuffocantur: neque adſunt ſyluae, quas in ſicca temperie inhabitant inſecta, neque *Aues* monticolae et nemora amantes.

Plantae Boreales totis abſunt generibus: paucae, vt peregrinantes, ſparſae, facie mutatae, reperiuntur. Aegyptus *Coluteam Cardumque* ſpinis armat: Suecia *Iuniperum* et *Pinum* foliis acuit: illa *Sycomoricetis* et *Phoenicetis* abundat: haec *Salicetis*. Nilus *Arundine* luxuriante veſtitur: Suecia *Caricis* longam prolem tenet: vtraque regio ſuas ſeruat ſemperuirentes. Mirus eſt fungorum defectus in terra humida; rariſſimus reperitur muſcus aut *Lichen*. In duos ordines vniuerſales diuidit Plantas Aegyptiacas: 1. *plantae irriguae*, vel *cultae*, vt Palmae, vel *ſpontaneae littorales*. Plantae *noxiae* et *inutiles* aut nullae, aut extra oleas et furtim manent. 2. *plantae arenariae*, tabeſcentes, prioribus oppoſitae. Ne triſtia loca deſerta ſine vegetabilibus eſſent, ſpecies 50 ibi ſedem fixerunt, textura arida et prope cruſtacea, indolem loci imitantes: foliis ventricoſis ſuccum ſeruant, et propriis impenſis viuunt.

Morbos in Aegypto quoſdam notauit. *Rihh* p.XLIX *Schoki* eſt ſuppuratio cum dolore intenſo, diuturno, ſaepe lethali: pro medicina ſunt folia *Palmae* parua, tenera ex ſummitate decerpta, cocta cum oleo ad ſubſtantiam rubicundam, cui adiicitur Ceruſſa:

ruſſa: hoc vnguento locus dolens ſemel quotidie fouetur. *Stigma Aleppenſe*, exteris *Sigillo d'Aleppo*, per annum durans morbus, cicatricem imprimit ſimilem ex variolis: exteri raro hoc vulnere foedantur in facie, et Aleppenſes illud vtplurimum in iuuentute patiuntur, non eſt recidiuum. *Furiis* morbus in *Aegypto ſuperiore* certo anni tempore (vernali noſtro) incidens, hominem plus vna vice non vexat, verum tanto vehementius, diebus 15 vel 30; ſaepe lethalis. Tumor eſt albus, e quo paruus ſtylus ſurgit ſub cute; inciſio funeſto effectu inſtituitur; palliatur foliis recentibus *Vitis vi-*
p. LI. *niferae* et *Betulae albae* impoſitis. Sequitur *plantarum diſtributio practica*, quoad foliationem, in arbores vmbratiles, frugiferas, herbas odoras et coronarias, cerealia, pabulares, monotropheas, eſculentas, tinctorias et medicas, Ligna fabrilia, ſpontaneas, vel hortenſes, vel aquaticas, vel rudericolas, vel pratenſes, vel arenarias. Hanc excipit Flora Aegyptiaca, ſyſtematice conſcripta. Vtriſque adſperſae ſunt obſeruationes, vſum et characteres ſpectantes.

Praef. p. 9. Aegypto itaque perarata, atque itinere viterius per *Tôr*, *Djiddamque* promoto, *Lohaja* primum in Arabiam dedit introitum. FORSKÆLIVS ſaepe iam in Aegypto ab Arabibus caſtigatus, nunc ipſa in Arabia renouatum ſentiebat timorem. Aſt *Yemen* ſtudiis botanicis praeſtitit ſecuritatem, cuius documento ſunt herbationes Auctoris tutae, vagantes et audaces. Nam agrum Lohajenſem percurrebat, et ad vallem *Surdud*, montibus altibus cinctam, refrigerio et aquis foventem plantarum copiam locupletem, herbationes extendebat. Deinde ex *Beitel fakih* geminos fecit excurſus, alios in *montes Hadienſes*, Heluetiae ſimiles, alios verſus *Djöblam* et *Taaes*: vbi

arbor

arbor *Opobalſami* matrix detecta eſt. Tertio exitu *Mochham* profecta eſt ſocietas infauſto tamen euentu. Propoſitum erat *Sanam* Metropolin Regiam videre, ſed ſtudio botanico colophonem impoſuit *Taaes:* Nam *Sabber* montem, herbis celebratum, non licuit FORSKÄLIO ſine comite adſcendere, neque montem *Soreck*, niſi primo tangere cliuo; ruricolis omnibus dudum elapſis. Iter deinde continuans, corpore aeger, viribuſque deficiens, *Jerîm* intrauit metam laborum, viarum et vitae vltimam. Eſt itaque flora Arabica quinque menſium interuallo, viatoris tranſcurſu collecta.

Delibabimus quaedam ex deſcriptione *geographico phyſica Arabiae felicis. Kahirae* ab Oriente *planities* adiacet arenoſa, plantis pauciſſimis obſita: fontes aquae viuae tamen non deſunt. Colles calcarei deinde obueniunt, continuati ad mare rubrum. *Sues* in fundo ſita eſt, vbi piſces et conchylia, ſed nullae plantae. *Ghobeibe* prope collem calcareum thermas effundit, in litore arundines, quae commercio transferuntur. *Hamman Faraun* e regione *Ghobeibe* fontem aquae calidae e cryptis montis calcarei emittit. Lapilluli in canalibus incruſtantur ſale, guſtu nitroſo. *Mare rubrum* in Suenſi Sinu profunditatem 12 orgyarum habet: loci forma anguſtata. Fundus eſt arenaceus, conchyliis minutiſſimis mixtus. *Tor* plantis tenerioribus haud felicior tractu Suenſi, arbores pomonas vtilius colit: palmarum ſyluulae, thermae, et montes calcarei illic occurrunt. *Mons zeitije* (olei) in oppoſito Aegypti litore nomen obtinuit, ab Oleo (an *Petroleo?*) aquae puteorum innatante, quo contra dolores artuum vtuntur incolae. *Djidda* plantas tantum littoreas nutrit.

pag. LXXXI.

Arabiae

pag. LXXXIII *Arabiae felicis*, quam *Temen* nominant, litus maris rubri est arenosum vel argillaceum: inde planities argillaceo arenosa *Panicum dichotomum* alit fruticosa statura. Fluuiis a pluuia genitis, et arte sustentatis, campi secantur, qui tamen calore diuturno toti exsiccantur. Regio Mochhensis quouis anno inundatur aqua pluuiali, quae in campo Sale inquinatur. *Diaebbal* montosa regio limites ponit Tehamae superficiem sensim eleuanti: altitudine prodigiosa et praerupta eminent montes haud pauci. *Montes Hadienses* stratis oblique currunt, vel perpendiculariter abscinduntur: mirabile est, molem eorum pentagonis diuersae magnitudinis effingi, dorsaque montium gradibus arte quasi esse exsculptas. *Metalla* in montibus latere plura docent signa, quamuis gens metallurgiae rudis thesauros effodere nescit. Ferrum arenae inspersum est. Praeterea Carneolum, Onychem, Spatum ferrugineum granulatum, Seleniten, lapidem calcareum rudem, Gypsum hyalinum, Cotem friabilem, Schistum friabilem, et marcasitas sphaericas, vel dodecaëdras commemorat. *Koschan* collis, *sale gemmae* grauidus, argilla ferruginea, arena mixta componitur, lapidibus calcareis disiectis, vel per strata digestis legitur. *Mons salis gemmae* alius prope Hodeidam, maior Lohajensi s. priori. Temperies aëris mutationes diuersissimas subit: *Tehama* ardore vexatur magno, neque toto saepe anno vllis solatur pluuiis. Montosa regio aërem spirat purum liberumque, nullae tamen hiemes tam fortes, vt niues permaneant. Mense Martio plantae florent omnes.

pag. LXXXV.

pag. LXXXVI *Arabia Temen* ab *Aegypto* quoad plantarum status est diuersissima: offert plantas nemorosas, monticolas, scandentes, quibus immixtae vigent Indicae, Africanae et Syricae plantae. Ipse Auctor fate-

fatetur, ex dato catalogo diuitias florae non ſuppu-
tari poſſe: confectus enim eſt tranſcurſu ſemeſtri:
deſideratur igitur plantarum numerus dimidii ad-
huc anni. Plantae cryptogamae fere omnes de-
ſunt. Plantae *littoreae*, et marinae, vt *Fuci* pri-
mum occurrunt: *campeſtres* ſub vmbra arborum
refrigeria inueniunt, *paſcua* libera patent, veſper-
tina pabula ſuggerunt *Holcus* et *Panicum dichoto-
mum*; ſolus hic pabularis feritur *Phaſeolus*. *Ca-
melus* viuit plantis *cucurbitaceis* et *ſcandentibus*. *Ce-
reales* in campo et montibus occurrunt: monticolae hortos agroſque formant penſiles, dum gradus
interceptis muris per interualla horizontaliter ſub-
leuant, et muniunt adiectis lapillis. Amphitea-
tralia iſta arua incredibili voluptate afficiunt ſpe-
ctatorem nouum. Syluae in *Tehâma* nullae, ſed
in montibus et vallibus, obſitae *Sceura*, *Tomice*,
Cynancho, *Catha*, *Maerua*, *Ficubus* et aliis inde-
terminatis. *Hortenſis* flora in Arabia eſt anguſtiſ-
ſima. *Coffeae* patria vera eſt *Yemen*, quae etiam-
num praeſtantiſſimam ex montibus Hadienſibus
ſuppeditat. Fructus Februario incipit matures-
cere.

Hanc deſcriptionem Arabiae phyſicam ſe-
quitur ordo itineris botanici, practica plantarum
diſtributio, ſimilis ei, quam ſupra in flora Aegy-
piaca notauimus, et ipſa Flora, numero planta-
rum 693. Tum ipſae plantarum octingentarum
deſcriptiones incipiunt, inter quas plurimae no-
vae: e quibus nos *nouorum* tantum *generum*, et
medicarum ſpecierum faciamus mentionem.

Noua genera ſunt: 1. *Pentagloſſum* (*Diandr.* p. 11.
monogyn.) calyce 1phyllo, infundibuliformi, 4 vel
5-gono, dentibus filiformibus, perſiſtente; co-
rollae petalis 4 vel 5, calycis limbo inſertis, ob-
tuſis, calyce breuioribus; filamentis calycis lon-
gitu-

gitudine eique inſertis; antheris globoſo didyn
incumbentibus, germine oblongo tereti, ſtyl
curuato, germine breuiore, ſtigmate ſimpli
capſula calyce recondita, ſeminibus multi
boſis. *Spec.* 1. *P. linifolium*, foliis lanceolato-l
nearibus; flore violaceo. Habitat *Alexandriae* K
p. 27. *hirae* et *Beitel fakih.* 2. *Triſetaria* (Triandr. digy
Calycis gluma biflora, valuulis muticis; coroll
valuula interiore mutica breuiore, exteriore tri
ſtata. Habitat *Alexandriae.* 3. *Alternanthe*
Facie et floris partibus congruit cum *Alyſ*
the: ſed ſtamina 6, alterna antheris carentia
eoque flos *triandrus.* Nectaria nulla. Hab
p. 34. *Roſettae.* 4. *Saelanthus* (Tetrandr. monogyn.
Calyx germini impoſitus, quadriphyllus, a
cauus, deciduus. Corolla nulla. Nectar
annulus eleuatus extra piſtillum. Germen ova
latum, Stigma acutum. Bacca. Quinque ſunt h
ius generis ſpecies, quarum quaedam LINNAEU
ad *Ciſſum* retulit: vna nempe ſ. *quadrangula*, q
nenatae, reliquae edules. 5. *Roridula* (Tetra
monogyn.) Perianth. 4phyllum, lanceola
hiſpidum. Corolla monopetala, 4partita
longior. *Capſula* oblonga. Habitat *Suez.* 6. *Fa*
ranthus (tetrandr. monog.) calyce nullo, pe
p. 37. oppoſitis, alatis. Habit. *Kahirae.* 7. *Sem*
trandria monog.) perianthium vrceolatum,
dum, laciniis 8, tribus infimis breuioribus,
terioribus ciliatis: corolla infera monopetala
men ouato oblongum villoſum, ſtylus filifo
ſtigmata 2 curua. Semen vnicum nudum. H
ſulis maris rubri alneta borealis orbis conſti
folia pabulum Camelis, aſinis ouibuſque, pro
p. 62. Pentandriae monogyniae nona genera
ſunt: 8. *Geruma*, calyce monopyllo, 5den

corolla pentapetala, lanceolato truncata, antheris trigonis, nectario annulum crassum circa marginem constituente, cui insident stamina, germine globoso. *Hadje* in Arabia habitat. 9. *Arnebia*, perianthio 5 partito, lineari, corolla monopetala, germinibus 4, stylo vno filiformi, stigmate quadrifido. Semina 4 glabra. Planta est tinctoria, in desertis *Kahirinis* habitat. 10. *Antura* (monog.) perianthio 1phyllo, 5partito, corolla 1petala infera, limbo sursum crassiore, calyce quadruplo longiore, limbo 5partito. Bacca supera, edulis. 11. *Catha*, calyce crateriformi, 5dentato, corolla 5petala; infera, nectario cyathiformi, inter stamina et germen globosum. In *Yemen* colitur propter vires antipestilentiales, quas tamen Auctor in dubium vocat. 12. *Melhania:* perianthium duplex persistens, exterius 3phyllum, interius 5phyllum; corollae petala 5 cuneata, campaniformia; nectarium coronam circa basin gemina, quinque laciniata; germen superum, globoso ouatum villosum. In montibus *Melhán* inuenta. 13. *Digera:* perianthium diphyllum, inaequale, margine membranaceum; corolla 5petala, cylindracea; nectarium vtrinque gemmum, inter calycis laciniam paruam lateralem et corollam, apice bilobum; antherae didymae: germen superum globosum, superne planatum, stigma bidentatum; drupa globosa. 14. *Gymnocarpos:* perianthium inferum, 5partitum, basi pentagonum, laciniis introrsum fornicatis; corolla nulla, filamenta decem, quorum quinque sterilia; fructu calyce indurato semen nudum ouato acutum. In desertis *Kahirinis:* similis est aliquantum *Herniariae*. Icon eius traditur Tab. X. 15. *Maesa:* perianthium duplex, exterius inferum, diphyllum, interius germini adnatum 1phyllum; corolla monopetala, supera, campanulata; germen calyci immersum, bacca globosa. In montibus *Yemen*. p. 66

16. *Hyperanthera* (monodynamia), pentapetala, petalo vno maiore, ſuperiore, ſtaminibus 4 neutris, quinque antheratis, vno ſuperiore. 17. *Cadaba*, calyce 4phyllo, deciduo, corolla tetrapetala, germine pedicellato. Tres ſpecies in Arabia habitantes. 18. *Papularia*, calyce nullo, corolla calycina, monopetala, 5fida, laciniis infra apicem mucronatis; antherae didymae, germen cylindricum. 19. *Suaeda* calyce carnoſo, quinque partito, corolla nulla, piſtillum tripartitum. Salſolae propinquum genus; nam *S. baccata* eſt *Chenopodium Aegyptiacum* HASSELQVISTII ſ. *Salſola altiſſima* LINN; Tab IX. depicta. 20. *Rocama* (digynia) calyce monophyllo, corniculato, corolla nulla, capſula 2loculari, 2ſperma. *Lohajae* habitat. 21. *Eraclißa* a patria *Eraclißa* in Graecia dicta. Eſt *Andrachne Telephioides*.

p. 71.

p. 208.

p. 77. Ad Hexandriam pertinent: 22. *Adenia* (monogyn.) perianthio longiſſimo, monophyllo, 6fido; corolla 6petala, calyce breuiore; nectario ſquamis 6linearibus; germine tubo calycis adnato, ſtigma craſſum emarginatum. Venenatiſſima haec planta eſt Arabiae indigena. 23. *Cleoliquaria glandulosa*: eſt *Cleome Arabica* LINN. Tab. XVI. fig. B. delineata.

p. 81. Ex Octandria monogynia 24. *Sodada*, calyce et corolla tetraphyllis, inaequalibus, ſtaminibus inclinatis capſula pedunculata. In Arabia felici, fructus immaturus coctus eſt edulis. 25. *Balanites nectaria*, calyce 4phyllo, corolla 4petala, nectarium duplex. 26. *Caidbeja* eſt eadem planta quam LINNEVS *Forskoleam* dixit. 27. *Viſcum tella* (enneandr. monog.) calyce hexaphyllo, corolla 6petala, pericarpio baccato, ſemine vno. Planta paraſitica, radice et foliis carens, tenuiſſima, arbores ſcandit; baccae pulpa guſtu ſuave, ſed non acri, contuſae vulneri venae Medinenſes appli-

p. 84.

applicantur. Ex Decandria 28. *Cadia* (monogyn.) p. 90.
corolla pentapetala, filamenta ad basin introrsum gibba, pistillum flexum ad latus, legumen lineare polyspermum. 29. *Rokejeka* (digyn.) calyx monophyllus, 5fidus, margine membranaceus; corolla 5petala, germen obhemisphaericum, styli subulati, capsula 1locularis, 3sperma. 30. *Cauanthus* (trigyn.) calyx 1phyllus, campanulatus, corolla 5petala, calyce sextuplo longior, germen calyce longius. Ad Dodecandriam monogyniam pertinet 31. *Culhamia*, calyce nullo, corolla 1-petala campanulata, fructificatio quadricellulata, capsulae 5, basi connexae.

Ex Polyandria monogynia 32. *Orygia*, pe- p. 103.
ranthio diphyllo, corolla pentapetala infera, capsula globosa, 3valui, vniloculari. *Arabica* planta. 33. *Oncoba*, calyce monophyllo, corolla polypetala, bacca vniloculari polysperma. 34. *Maerua*, calyce 4fido, corolla nulla, nectario multifido, pericarpio pedicellato. 35. *Chadara*, calyce 5phyllo, corolla 3petala, squama ad basin singuli petali, nectarifera, nuce 2loculari, disperma. Ex Didynamia: 36. *Simbuleta*, calyce p. 115.
5fido, corolla campanulata ringente, antheris connatis. 37. *Charachera*, calyce 2 vel 4phyllo, corolla labio superiore nullo, capsula biloculari, disperma. Ex Tetradynamia 38. *Zilla*, glandula p. 121.
magna inter stamina breuiora et pistillum, altera inter longiora et calycem. Duae species: altera auctori *Z. myagroides* dicta est *Bunias spinosa* Linn. hic Tab. XVII. A. delineata: altera noua, videtur, tab. XVIII. A. depicta est. 39. *Mnemosyne*, calyce diphyllo, corolla 4petala, inaequali, pe- p. 122.
talis cruciatis et duabus calycis laciniis in petala mutatis. Facies plantae instar *Geranii:* hanc plantam prae caeteris ex Aegyptiacis amauit FORSKÅLIVS, eamque in sui nominis memoriam appellari

p. 127. optauit. Ex monadelphia 40. *Elcaja* (decandria monogynia) ſtaminibus aequalibus, perianthio [illegible] panulato, 1phyllo; corolla 5petala, lineari. [illegible] tibus *Temen*: Contra *Pſoram* ſemina matura miſce[illegible] tur in vnguentum cum oleo *Seſami*.

p. 152. Ex Syngeneſia 41. *Micrelium* (polyg. ſuperfl. radiata), receptaculo ſetaceo, paleaceo, pappo nullo, calyce 9fido, corolla longiore. 42. *Ka[illegible]biria* (polyg. aequal. diſcoid.) calyce polyphyllo, receptaculo nudo, ſeminibus 5angulatis. 43. *C[illegible]ruana* (polyg. ſuperfl. diſcoid.) calyce communi aequali; receptaculo paleaceo. 44. *Polyp[illegible]* (polyg. capitata) calyce 4 phyllo, multiflora. [illegible] rae indolis planta: *Echinopi* affinis, facies capitu[illegible] vt *Scabioſae*. *Hyſſopi* odori ſimilem fragran[illegible] ſpirat planta.

p. 158. Ex Gynandria 45. *Moſcharia*, (tetrandria mo[illegible] nogynia) calyce 5dentato, corolla nulla. Od[illegible] rem moſchi ſpirat fortiſſimum. Ex Monoe[illegible] 46. *Koſaria* (diandria), calyce communi, mem[illegible] phyllo, carnoſo, 10fido; receptaculo nudo, ſe[illegible] ribus verruciformibus confertis. *Hadje* hab[illegible] contuſa exanthematibus medetur, ſale mixta [illegible] vaccis aegris et grauidis. Ad *Dorſtenium* LIN[illegible] detur referenda, Tab. XX. icone eſt depi[illegible] 47. *Turia* (pentandra), calyce 5partito, co[illegible] 5petala, fructu cylindrico, vtrinque atte[illegible] 10ſulcato, villoſo. Arabia quinque ſpecies nu[illegible] Ex Dioecia 48. *Aerua* (pentandr. monog.), calyx 5phyllo; capſula monoſperma. Nonne po[illegible] pertinet ad Polygamiam, cum in alia planta flo[illegible] hermaphroditos inuenerit FORSKÅLIVS. [illegible] *Cabatha* (hexandra) perianthio hexaphyllo, co[illegible] rolla 6petala, bacca tricocca, filamenta [illegible] ſerta cauitati baſeos petali. 50. *Leaeba* (hexandr[illegible] perianthio 5phyllo, corolla 3petala, filamen[illegible] ſubclauata, antherae quadratae: Feminam non vidit

vidit Cl. Auctor. 51. *Keura odorifera* foliis lineari lanceolatis ciliato ſpinoſis. Arbor palmis ſimilis, at ſine ſpatha. Folia Bromeliae foliis ſimilia, floralia alba, inter quae verſus terminum ramorum imbricata baſi ſunt paniculae maſculae, antheris ſparſis. Odoris cauſa ſtipitibus propagatur, quum arbor foeminea deſit. Polygamiae duo ſunt noua p. 178. genera 52. *Sehima Iſchaemoides*: differt ab *Iſchaemo* ſpiculis pedicellatis, mere maſculis, quamuis biforis. 53. *Themeda triandra*, ſpicae capitatae, gluma vniflora, corolla biualui: in medio capituli exſurgit pedicellus, in quo 2 maſculae pedicellatae, 1 hermaphrodita ſeſſilis.

Sequuntur iam ex tam inſigni nouarum plantarum numero eae, quae propter vſum vel noxam potiſſimum medicorum attentionem deſiderant. *Ficus arboreae*, foliis oblongis, integris craſſis, fructus maturus eſt edulis: folia contuſa imponuntur tumoribus et bubonibus: vis antitoxica adeo famoſa, vt carmine quoque celebretur. *Corni ſanguineae* folia cum foliis *Daturae metel* contuſa in cephalalgia fronti applicantur; e baccis gluten paratur; lignum ad opera fabrilia vtile, fructus edulis, at aeſtuans. *Ophiorhizae lanceolatae* radix p. 42. contuſa contra vlcera applicatur. *Aſclepiadis ſpicatae* p. 49. vulgo femina dulcia medicamen laudatum contra tormina ventris. *Cynanchi pyrotechni* medulla pro p. 53. fomite ad ignem excipiendum vtuntur Arabes; ſucco vngunt variolis laborantem, miro ſucceſſu vires reſtituendi; ruſtici caules recentes maſticant ad dentes purgandos. Ex *Svaeda monoica* Arabes p. 70. Tunetenſes ſal alkali extrahunt, cuius diluta ſolutione veſtes lauantur, antequam ſapone imbuuntur, pretioſa his in oris merce. Sic paratur: Ligna vel carbones terreſtri foueae iniecti accenduntur, rami *Svaedae* recentes et folioſi imponuntur ſuccenſis, et depaſtis primis, ſal fundum foueae petit,

p. 79. tit, vnde forma ſcoriae nigrae excipitur. *Amyris Opobalſamum*, foliis ternatis, integris, pedunculis vnifloris, *A. Kataf* foliis ternatis, apice ſerratis, pedunculis dichotomis, et *A. Kafal*, tres vnius generis ſpecies, quarum drupa odorem ſuaviſſimum rat fragrantiſſimum balſami; pulpa drupae vinoſa ſi vulneretur, balſamum ſtillat albidum; gummi huius arboris medicamen purgans eſt; lignum aloes gna commerciorum pars eſt, et ad Aegyptum transfertur, vbi vaſa hydrophora fictilia hoc ſuco impraegnantur, vt guſtum contrahant huic gentis expetitum. Arbores hae primum viſae ad hortum
p. 94. tium *Oude*, non longe ab vrbe *Hues*. *Euphorbia thymifoliae* ſuccus purgans eſt vehemens, hepaticus
p. 99. contuſa imponitur vulneribus. *Capparis Mithridatica*, foliis alternis, pendulis, lineari lanceolatis, contra venenum et morſus ſerpentum laudatur, tanquam heroica; rami teneriores comeduntur crudi, ſi recentes, ſi ſicci, in puluerem con-
p. 101 minuti. *Reaumuria vermiculata*, foliis carnoſis planis, paruis, confertiſſimis, contra Pſoram
p. 131. ponitur trita et decocti forma bibitur. *Laurus Termis*, calycibus alternis appendiculatis, laciniis vtroque integro acuto, carbones ad puluerem
p. 137. rium adhibentur. *Indigofera houer*, tinctoria, colorem coeruleum vbique colitur; qui ſic paratur. Planta ſecta expanditur, ſiccatur, deinde iniicitur teſtis magnis, ad dimidium vſque, aqua fontana affunditur ad ſummum marginem. Stat per 2 horas fermentationem ſubit. Tum vas miſcetur baculo arundinaceo, cui ad inferiorem apicem quatuor paxilli lignei cruciatim poſiti. Folia natantia auferuntur. Aqua per foramen in thamae ſupra fundum teſtae emittitur, quae vasis et nullius vſus. Sedimentum eſt Indigo. Fo veola in terra excauatur non profunda, 2. vlnas diametro; foliis reiectis comminutis veſtitur, in

strato Indigo insternitur ad siccandum. *Indigoferae* p. 138.
tinctoriae, qua Aegypti ad tingendum vtuntur, semina cum oleo *Sesami* et sale ammoniaco commixta, mane assumta, taeniam expellunt: sub vsu autem aqua per triduum abstinere, nil nisi panem edere iubent, potum Coffeae permittunt. Ex *Cacaliae* p. 145.
sonchifolia caule super carbones ignitos calefacto succus exprimitur contra aurium dolores commendatus. *Cacaliae odorae* caules siccati inserviunt suffimigio odore grato, praesertim variolis laborantibus. *Santolina fragrantissima* in officinis p. 147.
ob odorem venditur, est resoluens medicamentum, succus oculis dolentibus inungitur. *Croton* p. 163.
villosum in furunculis et apostematibus in vsu est: stipites recentes imponuntur, quo tumor emollitur et dolor sedatur. *Holcus Durra* est Arabum p. 174.
cereale vulgatissimum, ex quo panis conficitur Europaeo palato insipidus. De *Fico Sycomoro* p. 180.
vera notatu digna refert: fructus non in ramis nascitur, sed ex ipso trunco et e ligno ramorum maximorum surculi exeunt conferti frugiferi. Cl. Auctor multos fructus Ianuario et Februario mense discussit; in aliis minoribus durisque nihil nisi obscura florum rudimenta vidit: in maioribus succulentis *squamae* sub vmbilico calycis *integerrimae;* prope has erant flores masculi, quibus duo stamina data erant: vnicus tria praebuit: reliquum spatium calycis internum flosculis femineis pedicello hemisphaerico insistentibus repletum erat, germine tumido, obouato; versus apicem e latere exit stylus breuis, stigmate longiore, incrassato. Omnia haec germina vel plena erant *Cynipe* perfecto, vel vacua egresso *Cynipe;* vel marcida, nec semine, nec insecto foeta. Videntur ideo germina foliis insectis producendis destinata. Insecta germinis alia sunt alata, quae *Cynips sycomori* ab HASSELQVISTIO nominantur, alia aptera,

aculeis ani binis transuersis, quae sexu solo differre videntur, aguntque vices hortulani, inambulando pollinem spargentes: alatorum officium est, illos peragrare fructus, eosque maturare, simulque suum genus propagare. Exeunt prope vmbilicum ficus, per foraminula dentibus exesa. Fine Aprilis maturi sunt Ficus sycomori fructus; molles et dulces sunt: flores masculi ad vmbilicum clausi, qui in medio apertus foramine paruo, et circum illud annulus latus impressus, arte factus incolarum, qui hac incisione maturitatem conciliari putant; in his ficubus autem nulla sunt semina. *Cynips Sycomori* Tab. XXIV. fig. C. depictus est.

Subnectamus catalogum reliquarum plantarum icone delineatarum.

p. 3. Tab. I. *Salicornia perfoliata*, fruticosa, foliis carnosis, vrceolato orbiculatis, caule perfoliatis.

p. 33. Tab. II. *Saelanthus quadragonus*, qui est *Cissus quadrangularis* LINN.

p. 35. Tab. III. *Saelanthus digitatus*, foliis inferioribus palmatis quinatis, superioribus ternatis, omnibus petiolo communi sustentatis.

p. 35. Tab. IV. *Saelanthus rotundifolius* s. *Cissus orbifolia* LINN.

p. 45. Tab. V. A. *Hyoscyamus Datora*, s. *H. muticus* LINN.

p. 207. - - - - B. *Parnassia polynectaria*, foliis linearilanceolatis, nectariis 10 setosis.

p. 52. Tab. VI. *Stapelia quadrangula*, folliculis subulatis, coniugatis.

p. CVIII Tab. VII. *Stapelia subulata*.

p. 55. Tab. VIII. A. *Salsola articulata*, caule fruticoso, decumbente, aphyllo, ramis floriferis articulatis, floribus oppositis ad apices articulorum.

Tab.

Tab. VIII. B. S. *inermis*, fruticoſa, aphylla, ramis inermibus, bracteis farinoſo villoſis. p. 57.

..... C. *S. imbricata* fruticoſa diffuſa, inermis ramis villoſis, ramulis imbricatis, bracteis obtuſis nudis.

Tab. XI. *Zygophyllum deſertorum* ſ. *Z. coccineum* LINN. p. 87.

Tab. XII. A. *Z. proliferum* ſ. *Zygoph. album* LINN. p. 87.

..... B. *Z. portulacoides* ſ. *Z. ſimplex* LINN. p. 88.

Tab. XIII. *Euphorbia retuſa*: an *E. ſerrata* LINN ?

Tab. XIV. *Glinus cryſtallinus* ſ. *Aizoon Canarienſe* LINN. p. 95.

Tab. XV. *Annona glabra*, an *A. reticulata* LINN ? p. 102.

Tab. XVI. A. *Lunaria ſcabra* ſ. *Cheiranthus farſetia* LINN. p. 117.

Tab. XIX. *Senecio hadienſis*, foliis lanceolato ouatis, craſſis glabris denticulatis, panicula corymboſa. p. 149

Subiungamus denique *Hydram multicornem Tab. XXVI. B. b.* eſſe idem *Molluſcum*, quod Cl. O. F. MÜLLER in Actis Societ. Berolinenſ. Vol. I. *) deſcripſit. *Tab. 26. f. L. Holothuria denudata* eſt *Meduſa umbella* EIVSDEM. *Tab. XL. f. D. E.* ſunt duo animalia, quod eſſe nequit, tanquam incolae vnius teſtae depicta.

XVIII.

Acta Heluetica, Phyſico-mathematico-anatomico-botanico-medica, figuris aeneis illuſtrata. et in vſus publicos exarata. Volum. VIII. Baſileae. Typis et Sumtibus Ioh. Rudolphi Im-hof et filii. 1777. 4. 1 Alph. 5 plagg. tabb. aen. III.

*) vid. comm. noſtr. Vol. XXI. p. 697.

Tractatus huius voluminis sunt hi:

1. *Diss. de natura crisium in febribus acutis.*

p. 1. Dignitate huius doctrinae ostensa transit Noster ad varias febrium solutiones, in sanitatem nempe vel in alium morbum vel in mortem. Si motus

p. 3. febriles absque vlla euacuatione disparent, haec coctio perfectissima febrisque sanatio *per assimilationem* fieri dicitur, vbi nimirum materia peccans humoribus sanis analoga redditur sine crisi euidenti. Id quod rarius contingere Nostro videtur.

p. 7. Per crisin seu iudicationem hic strictius sumtam Noster intelligit spontaneas fere repentinas nouas auctas turbulentas commotiones in febris acutae statu aut declinatione, cum adiuncta aut subsequente materiae morbificae translocatione vel excretione manifesta morbique praecipui fine aut saltem notabili in melius deteriusue commutatione.

p. 9. Differunt crises in acutis ratione vehementiae et durationis, loci, materiae, effectus in morbum integrum vel partem eius, euentus, numeri

p. 13. et temporis. Missis reliquis crisium varietatibus antea enarratis, de diebus criticis, quae Cl. Auctor habet, videamus. Critici, iudicatorii, iudiciarii vel decretorii dies iam a veteribus sunt obseruati, etiamsi recentiores ipsos ob varietatem aegrorum, virium, climatis cet. non adeo attendunt. Horum autem alii sunt principes aut magis legitimi, vbi perfecta crisis apparet, vt dies IV. VII. XI. XIV. XVII. et XX; nimirum fere quaternarii et septenarii in acutioribus febribus, in longioribus, porro septenarii, scilicet dies XXVII. XXXIV. XL: denique soli vicinarii, dies LX. LXXX. et C; inter quos tamen maxime

VII.

VII. XI. XIV. et XVII. prae reliquis potentia et iudicandi dignitate pollent. Alii dies critici inferioris ordinis ſunt, frequentia et ſecuritate criſium minus celebres, ſaepius ex accidente quam naturaliter tales, coincidentes, ſubincidentes aut intercidentes ideo dicti, quales fere obſeruati ſunt in febribus acutioribus dies morbi III. V. VI. IX. et XIII. Sed cum in diebus, qui praecedunt criticis, de viribus vitae, coctione materiei cet. iudicare liceat, illos horum reſpectu dies indices, indicantes internuncios aut contemplabiles appellarunt, vt hinc ſequentium dierum criticorum indices ſint ipſi dies critici praecedentes, quartus ſeptimi, ſeptimus noni vel vndecimi cet. Qui vero a commotionibus turbulentis et euacuationibus plerumque liberi ſunt, dies vacui nominantur, quibusdam etiam medicinales, quod in iis ſecurior fere remediis eſt locus, vt dies morbi VIII. X. XII. XVI. XVIII. XIX. XXI. cet. p. 14.

Tum ſigna criſium diagnoſtica Noſter perſequitur, quibus generalibus praemiſſis, notae adduntur, quae ſingulas criticas euacuationes ſpecialius indicant; vt criſis cutanea per ſudores, per renes vrina critica, vomitus criticus, alui fluxus criticus cet. p. 16.

Progreditur Noſter ad cauſſas criſium propiores. Quae cauſa nouas auctasue exacerbationes febris et euacuationes aut metaſtaſes creat, eadem cauſa proxima criſium erit, vt adeo, cum omnis commotio febrilis proueniat a frequentiori cordis et arteriarum motu ex ſtimulo praeternaturali et inconſueto ipſis applicato, hic inquirendum ſit 1) vnde dicto febrium tempore nouus ſtimulus materialis ad cor perueniat, 2) qualis illa materia ſit, 3) quae cauſae maioris tunc demum mobilitatis humorum criticorum et 4) aucti motus ſolidorum p. 22.

dorum ſint, 5) cur denique ſtatis fere temporibus tales motus contingant?

p. 23. Stimulus cor ad frequentiores contractiones febriles irritans, quatenus aliunde accedit et mutabilis eſt, eo defertur vel per neruos vel cum ſanguine per venas vel per vtramque viam.

p. 25. Materiam illam criticam eſſe acerrimam, inflammantem et ſepticam origo et effectus probant.

p. 28. Aucta reactio ſolidorum in fluida eſt cauſa formalis criſium.

p. 32. Prouenit adeo genuina criſis a repentina commotione materiae morbificae ſiue contagioſae ſanguini introductae internumque ſeminium euolvente, ſiue reſiduae adhuc in primis viis et vaſorum extremitatibus hactenus ſtagnantis, iam vero magis minusue coctae nec ſanis tamen humoribus aſſimilandae, ſed ob conceptam ex ſtagnatione et calore acrimoniam ſepticam, vehementem in partibus, quas alluit, reactionem ſpaſticam hinc validiorem acceſſionem febrilem concitantis, ex qua eadem impenſius agitata penitiuſque ſubacta expellitur denique, ſecurioremue in locum transfertur cum prioris morbi diminutione aut ceſſatione, vel grauiter laeduntur partes ad vitam neceſſariae, functioneſque ſuas porro ſuſtinere nequeunt, vt ſic funeſto criſis euentu terminetur.

p. 35. Criſin autem varie mutare atque turbare queunt antecedentes cauſae ſ. remotiores, cum praediſponentes, tum occaſionales, quae augent vel imminuunt, vel accelerant, vel retardant criſin e. ſ. p. Atque inde pendent etiam criſium vtilitas noxae et varii euentus. Id quod comitur in criſibus perfectis, imperfectis, metaſtaticis, etc. eidiuis.

2. Diſſer-

2. Diſſertationis *de criſibus* pars altera, qua *pro-* p. 43.
phylaxis criſium exponitur. Medela criſium eſt prophylactica, curatoria et palliatiua, Noſter vero hic vnice praeſeruatoriam curat. Oportet hic medicum euitare in febrium decurſu ea omnia, quae ipſarum vehementiam augent ac criſes nimis praecipitant. Porro in acutis impediendum eſt medico, quominus morbi augmentum augeatur et curandum, vt reliquiae ſanitatis conſeruentur cet. Haec fiunt partim regimine, partim remediis.

Exemplis aliquot omnia haec adeo bene et p. 50.
profecto vtiliter a Noſtro hic diſputata, breuiter illuſtrantur. *In febribus exquiſite inflammatoriis* cum vel ſine manifeſta inflammatione locali, quo et arthritidem acutam refert, prae aliis euacuantibus valde ſtimulantibus, venaeſectionem ter quaterue ſuadet inſimulque moram in aëre temperato, frequentem ſurrectionem e lecto, ambulationem in aëre libero, quamdiu vires permittunt cet. Medela *febrium catarrhalium benignarum* in eo maxime diuerſa eſt ab antecedenp. 51.
tibus, quod inflammatio in his magis ſeroſa ſit et fere ſuperficialis plerumque in interioribus narium, faucium, aſperae arteriae, bronchiorum cet. locis. In *febribus remittentibus bilioſis* p. 52.
et eryſipelaceis conueniunt inprimis cholagoga emetica cathartica et regimen temperatum cet. *In putridis febribus* conducunt praeſertim primis p. 53.
diebus euacuantia, aër frigidus et purus, acida e. ſ. p. In iis ac in *peſtiferis malignis* ſuadet Noſter, ſaburra primarum viarum euacuata, vina alba ſubacida pro ſcopo antiſeptico et cardiaco. *Febrium exanthematicarum naturalium* p. 54.
cura prophylactica, vt criſis primaria perfectior et ſecurior obtineatur, partim ante morbi, ſubin-

ſubinde praeuiſi, initium, locum habet, partim quando prima febris adeſt. Naturalia exanthemata ſunt, variolae, cet. miliaria aut petechialia exanthemata praeternaturalia a Noſtro dicuntur. *Intermittentium febrium* digeſtiua Noſtro praecipua ſunt e. gr. ex cremore tartari in quotidiana, ex ſalibus mediis in tertiana, ex ſale ammoniaco in quartana febre, tum emetico purgantia, in prioribus fere cholagoga, in poſteriori magis phlegmagoga cet.

p. 58. 2. NICOL. IOSEPHI JACQUIN *illuſtrationes quaedam botanicae. Samydae nitidae* LINN. et *Caſſeariae nitidae*, in hiſtoria ſtirp. Americ. p. 132. deſcriptae, characteres diſcernentes indicat: differt *Caſearia* praeſertim nectario foliis octo vel decem compoſito, foliiſque ouatis vel oblongis: icones adiuncta reliqua indicat. Deinde *Axyris pentandra*, in eodem opere pag. 244. deſcriptae iconem addit.

Rationem, cur *Cytas circinalis* nuper a LINNEO in mantiſſ. II. et *ſyſt. vegetab.* ed. XIII. ad filices relata ſit, Cl. Auctor non perſpicit. Eſt enim ſtirps dioica, cuius florem femineum, ex vna planta, quae in horto Caeſareo Schoenbrunnenſi ſaepius floruit, depromtum et marem ex ſquamis ſiccis in figuris expoſuit. Flos femineus in vertice trunci copioſe inter folia egreditur, et germen ſubrotundum tomentoſum, breuiſſimo ſtylo praeditum offert. Fructus eſt drupa ouata, nitida compreſſa.

p. 61. 3. *Diſſertatio hiſtorica epiſtolaris de morbo nigro* I. I. D'APPLES M. D. ad S. A. D. TISSOT. Ictero atro ſiue morbo nigro HIPPOCRATIS laborabat vir ſeptuagenarius, qui a pri-

a prima iam iuuentute anguſtiam orificii inferioris vnetriculi pylori dicti ſine multis incommodis, praeter vomitus, nimia quantitate alimentorum aut dulcium pinguiumque ingeſta, ſenſerat. Sed diu poſt vomitus cruentus niger copioſus cum eiuſmodi aluinis deiectionibus ſubſequebatur. Irritis omnibus remediis per ſeptem ſeptimanas in auxilium vocatis, tumebat et dolebat abdomen e regione orificii inferioris ventriculi et ob anguſtiam ſupra iam memoratam aeger anxietatem et dolorem ſentiebat, ſimulac alimenta ſumta fuerant. Id quód quoque aegroto creabat taedium omnis generis alimentorum, exceptis liquidis, quae etiam afferebant aliquam moleſtiam, ſed momentaneam. Hoc vitium mechanicum in pyloro videtur Noſtro vna cauſa huius morbi, et alteram repetit ab impuritatibus infimi ventris diu retentis. Quibus euacuatis, quae erant deiectiones nigrae, glutinoſaeque, cum leuamine ventriculi et inteſtinorum, cum digeſtionis et appetitus reditu, recuperauit aeger non quidem ſanitatem integram, attamen modum viuendi ſatis opportunum, vt rurſus muneribus fungi poſſet. Suaſit praeterea dietam tenuem, motum lenem, clyſmata emollientia, cet.

4. *Obſeruationes aliquot de arcus Aortae ramis, de arteria thyroide quinta ſ. ſupernumeraria, deque vicinis his quibuſdam arteriis aliis*, IO. IACOBI HVBERI. Primo vidit Cl. Auctor in cadauere puellae ſeſquiennis et pueri 12 dierum loco trium ramorum in duos modo fiſſum eſſe arcum aortae; cum carotis ſiniſtra cum arteria innominata vnum communem truncum haberet. Deinde de aucto numero plures fecit obſeruationes, cum minimus ramus inter carotidem et ſubclauiam ſiniſtras prodiret. p. 68.

ret. Altera figura delineatur vertebralis arteria plane ſingularis, quippe quae eadem eſt, cuius originem ex aorta mox indicauimus. Ordinem eo iam turbatum inuenit, vt ſubclauia dextra e con-
p. 77. trali arcus parte prodiret. Sulcum, praeter alia, commemorat, in pulmones a venae ſubclauiae tranſitu expreſſum. Incuruationes arteriarum capitis adſcendentium frequentiſſimas eſſe in iunioribus, vt augeri poſſint et vt colli aliarumque partium prolongationem faciliorem reddant. Negat Cl. Auctor, ad imminuendum ſanguinis impetum incuruationes factas eſſe, nec ſanguinem puriorem et ſubtiliorem ad cerebrum ferri concedit; ſed vbique intime mixtum eum eſſe affirmat.

Reliquae obſeruationes de variatione thymicarum arteriolarum, de thyroide arteria quinta ſupernumeraria, de arteria ſingulari, pulmoni concella, intercoſtali ſuperiore, mammaria, bronchialibus, oeſophagaeis et pharyngaeis, et de arteriola, venae iugularis comite exponunt.

p. 106. 5. *Lithophagi hiſtoria phyſica cum nonnullis adnotationibus ſuper digeſtione*, *Auctore* E. M. JONSTAN. Homo ferus, in inſula Septentrionali inventus et a nauta Belgico in Europam translatus, carne et lapidibus *) veſcebatur, neque aliis cibis vti volebat. Silices deglutitos et pollicis et dimidii longitudine, totidemque latitudine, et dimidii craſſitie: atque lapides duros, vt marmor in pulueretem redigebat. Silices, quos excernebat, pondere et magnitudine imminuti erant: atque reliqua excrementa quaſi calx pulueriſata erant. Per duodecim horas dormiebat, et reliquum temporis edendo, ſpiritum frumenti bibendo, et nicotianam fumando terebat. Eodem modo, quo aues, Cy-

*) v. ſimilia exempla ſupra p. 501.

codilus et alia animalia, oſſa et lapides digerunt, hunc hominem quoque id praeſtitiſſe Cl. Auctor putat.

6. ACHILLIS MIEG *illuſtratio quarundam Holci ſpecierum.* Primo *Holcum ſaccharatum*, panicula ſparſa laterali, locuſtis hermaphroditis villoſis, ellipticis, ſeminibus oualibus, vberius deſcribit et florum icones characteriſticas dat. Deinde accuratiores definitiones ſubiungit *Holci halepenſis*, panicula ſparſa terminali, acuminata: locuſtis hermaphroditis lanceolatis glabris: ſeminibus oblongis complanatis: *Holci Dorae*, panicula coarctata ouali, matureſcente cernua; locuſtis hermaphroditis ouatis villoſis; ſeminibus rotundis compreſſis: eſt *Holcus Sorghum* LINN. *Holci Sorghi*, panicula coarctata ouali erecta; locuſtis hermaphroditis obouatis, pene glabris, ſubariſtatis, qui eſt Holcus glumis glabris LINN. *Cliff.* p. 468. et ad *H. bicolorem* in Mantiſſ. II. refertur.

Omnibus his ſpeciebus commune eſt, locuſtas florere in racemis glomeruloſis, ſemper eſſe geminas, in apice ternas, vnam maiorem ſeſſilem, hermaphroditam, alteram ſubpedunculatam, ſterilem: iuniores villoſae ſunt. Exterior gluma calicis in locuſta fertili obtuſior eſt, tribus ſpinulis herbaceis notata. Folliculi exterior gluma maior, altera breuior, fiſſa iſta, ariſta tortili ex fiſſura prodeunte, vtraque membranacea, ſubtiliter villoſa. Staminum antherae vtrinque bifurcae, ſtigmata penicilliformia, vt *in Milio*. Mauult igitur has quatuor ſpecies a reliquis Linneanis ſpeciebus, nomine *Sorghi* ſeparare; et *Holcum mollem* et *lanatum* inter Auenas relinquere, Holci nomine pro ceteris ſpeciebus ſeruato.

7. WERNERI DE LACHENAL *obſeruationes nonnullae botanicae.* Inſunt annotationes quaedam ad ſtirpes Helueticas, quae in IACQVINI flora Auſtriaca depictae deprehenduntur: ſunt vero ſic comparatae, vt apte in compendium redigi nequeant. Synonyma potiſſimum corrigit et certiores deſcriptiones dat.

p. 148. 8. IO. RVDOLPHI STEHELIN *obſeruatio de iecinore dilacerato.* Puer 12 annorum, vehementer a machina quadam perculſus, animi deliquio, vomitu, doloribuſque omnium partium vexatus, intra ſpatium 6 horarum moriebatur: cadauere mortuo, hepar in media parte, pollicem a ligamento ſuſpenſorio diſtante, fiſſura ſex pollices longa ruptum erat. Conf. MORGAGNI de *ſed. et cauſſ. morb. epiſt. LIV.* §. 16.

p. 151. 9. EIVSD. *obſeruatio de ſuffocatione a botulo:* Fruſto botuli auide deglutito, homo ſexagenarius ſubito obmutuit et poſt 15 minuta horae vivere deſiit. Aſpera arteria inciſa, ſtatim retro epiglottidem in rima glottidis fruſtum haerebat, vltra pollicem longum, eamque accurate obturabat.

p. 155. 10. *Deſcriptio partus difficilis et praeternaturalis occipite prolis dubiae praeuio, a hydrocephalo externo*, IO. LVD. BVXTORFII. Femina, nupta a 13 circiter menſibus, annum aetatis 29 agens, ſana, a. 1773 prima vice vterum gerens, multis morbis in grauiditate ſolennibus infeſtabatur: donec d. 28 Febr. 1774 mane doloribus ad partum veris corripiebatur: obortis circa veſperam contractionibus vteri fortibus, et per dilatatum eius orificium membranis propulſis et ruptis, mox praegra-

praegrande prolis caput inclauatum manſit a 7 veſperae hora ad mediam noctem.

Accerſitus Noſter inuenit admodum durum abdomen, genitalia tumentia, ſitum prolis naturalem: manuque immiſſa hydrocephalum externum ſenſit: atque periculo de morte matris imminente, etſi nulla de fetu mortuo adeſſent ſigna, cum aliud remedium non applicari poſſet, perforatorio FRIDII caput fetus diminuit, et deinde feliciter prolem maſculam, aërem bis vel ter e pulmonibus cum aliquali ſibilo eructantem, non vuacem, longam, pallidam, facie difformi oedematoſa, palpebris oculi dextri coeruleo colore ſuffuſi extraxit. Mater omnino reconualuit.

Reliquas obſeruationes hic omittimus.

XIX.

FLORIS IACOBI VOLTELEN Med. Doct. Diatribe memorabilem ſeptennis apoſitiae hiſtoriam continens. Lugduni Batauorum et Traiecti ad Rhenum, apud Sam. et Ioann. Luchtmans, et Abr. van Paddenburg. 1777. 8. pagg. 120. cum tabb. aen. 3.

Femina cibi faſtidio affecta, iuuenili aetate ſanitate gauiſa eſt praeſtantiſſima, donec anno XLIII. mortem ſororis infantiſque ſui vehementiſſime lugens, hyſtericis affectibus aegrotare inciperet, quos quidem debilitas, ciborumque appetentia ſenſim imminuta ſecuta ſunt. Per annum circiter coffeae lactiſque potu nutrita, ſyncope atrociſſima laborabat, haemorrhagiis narium vtetique frequentibus, viriumque proſtratione tanta, p. 1.

vt per triennium fere pedibus insistere nequiret. Recuperauit vero paulatim amissas vires, adeo vt negotiis consuetis satisfacere posset, cibi vero ab eo tempore, praeter aquam, theae potum, croci infusum, saccharum et paruam spiritus iuniperini quantitatem, nihil assumsisse, et sua et aliorum multorum auctoritate probare annititur; alui deiectiones per quatuor annos vix vllas fuisse fertur, catameniorum fluxus inordinatus apparuit, ob artuum dolores, quibus interdum cruciabatur, vena ei quotannis mense Maio secta est. Fuit vero corporis habitus paruus quidem graciliſque, neque tamen praeter consuetudinem macilentus, animo ipsa fuit praedita quieto saepiusque hilari.

Recenset dein variorum super similibus abstinentiae historiis diuersa iudicia, et experimenta
p. 9. cum femina ab se et Cl. HAHNIO Prof. Med. Lugd. instituta tradit. Obseruarunt vero Viri Cll. per vndeuiginti dies 1481. cum dimidia vncias minxisse, bibisse vero 1502. vnc. infusi theae, spirit. iuniperini vnc. 42. sacchari vnc. 36. adeoque eodem tempore fere 100. vncias vltra pondus vrinae emissae assumsisse. Perspirationis ope parum omnino exiisse e corpore fertur. Sanitas ipsi tunc temporis fuit constantissima, praeter rheumaticos dolores parui caeteroquin momenti, quorum causa a Cl. Auctore ipso venae sectio vnc. 5. dr. 2. instituta est. Sanguis exiliens rubens floridusque erat, serum inde separatum septem drachmarum pondus aequauit, cruor contra vnc. 4. drachm. 3. Pulsus fuit plenus, fortisque, minuti spatio sexagesies sexies, ad septuagesies quinquies digitum feriens. Somnus octo horarum plerumque inquietus, cutis arida, alui deiectio nulla. Vrina per duos annos in loco calido seruata, chemicisque variis adminiculis

culis diſquiſita alcaleſcentiae ſigna omnino nulla exhibuit. Neque ſalis veſtigia in ea reperiri potuerunt.

Tranſit iam ad corporis ipſius ſcrutinium, et p. 26.
in genere de vſu ſectionum quaedam praemittit, quae repetere longum foret. Inſtituta cadaueris ſectione haec in ventre imo ſunt reperta: *veſicula fellis* fuit capaciſſima, *ventriculi* ſitus perpendicularis, contractus, denſiſſimus, liquore multo tenui flaueſcenti repletus, *inteſtinum duodenum* craſſius erat atque praeter modum coarctatum. *Colon inteſtinum* inane prorſus, veſiculam felleam non accedebat, tribus in locis eximie contractum conſtrictumque cernebatur. Cum *inteſtino recto* vero ſaccum quendam formabat mollem, materia quadam, mucoſa, foeculenta, colore odoreque naturali praedita repletum. Recenſetur dein ſumma libri ſuper eodem aegroto a P. M. NIELEN, Hollandice, Vltraiecti 1775. ſcripti.

In cauſarum huius morbi ſcrutinio, primo p. 42.
de cauſa famis in genere diſſerit, eamque in ventriculi aeque ac ſenſorii communis integritate atque ſympathia vtriuſque quaerendam eſſe cenſet. Sunt vero cauſae morbi huius *animi commotiones lentae diuturnaeque*, *affectiones hyſtericae*, *debilitas ſumma*, *virium proſtratio*, *phantaſia deprauata*, *ventriculi* atque *inteſtinorum contractiones;* has vltimas tamen pro effectu potius, quam pro cauſa morbi habendas eſſe arbitratur Cl. Auctor. Explicat deinde cauſam: cur fame ſublata ſitis integra remaneat, ita vt vtrique rei diuerſos originis fontes eſſe ſtatuat, ab animi imperio proficiſcentes.

Accedit iam ad explicandam vitam hominum p. 63.
a cibo abſtinentium, putatque *primo* eos, qui parum excernant corpusque non nimium moueant,

nutrimento egere parciſſimo; corpora *deinde* laxa, phlegmatica, pituitoſa, ieiunium facile ferre Noſtro videntur, ad quae mulieres, inprimis referendae ſunt; pinguedo *porro* in celluloſa tela contenta, ad alendum abſtinentiae tempore videtur commodiſſima; conſuetudo *etiam* eſuriendi, Ipſi ad inediam tolerandam quid conferre videtur; *quinto* ad idioſyncraſiam quandam confugit, quae Noſtro aliquid ad hanc rem explicandam conferre videtur; potulenta *quoque* nutriendi quandam habere potentiam Ipſi videntur; *denique* arguit viuere quidem ſine cibo vel potu homines, non vero valere. Studet deinde, his generalioribus de aſtia exhibitis, nutrimentum feminae, de qua ſermo eſt, detegere, propterea nempe, quod quae in genere de hiſce hominibus varie aegrotantibus monuerit, ad eam bene caeteroquin valentem applicare non poſſint. Exiſtimat autem, BONATVM ſecutus, competere aquae nutriendi, humoresque humani corporis, ex aqueis particulis minimum conſtantibus, conſeruandi facultatem. Theae infuſum, quo mulier iſta copioſius vſa eſt, longo diſquiritur ab Cl. Auctore ſermone, vireſque ipſius merito pro antiſepticis, roborantibus, ſtimulantibus, narcoticisque habentur, adeoque cum fixiores theae partes in ſe ſuſcipiat aqua, pro parum nutriente habetur. Saccharo quoque, ex gelatinoſo, viſcido, oleoſo, ſalino, principio conſtanti, nutritiuae vires competere videntur. Spiritus imperi, quo vſa eſt aegrota, non quidem ipſum nutriuit, verum potius roborauit, et ad famis ſenſum percipiendum ineptiorem reddidit. Ipſe quoque aëris ſuffimigiorumque acceſſus ad ipſum alendam aliquid contuliſſe videtur. Sub finem vero libelli exempla ſimilium morborum ab alio

p. 113.

obſer-

obſeruatorum adiunxit, quae vel ex libro ipſo hauriendа, vel ex fontibus colligenda omiſimus.

Tabulae aeneae, multa aſſiduitate factae, quae additae ſunt, viſcerum abdominalium diſcrepantiam exhibent, quam paucis tradidimus.

XX.

SEBASTIANI SEVERII Rauennatis Almi Collegii Borromaeorum Alumni Commentarius, in quo medicatae quaſſiae vires expenduntur. Ticini Regii 1776. 4. apud Marcum Antonium Porro, Ioſeph Bianchi et Socios Typographos in Via Noua, Superiorum Facultate. pagg. 120 praeter dedicationem et approbationes.

Ligni amari Surinamenſis ſeu Quaſſiae vim me- p. 7.
dicam et alibi *) a nobis memoratam, Cl. Auctor hic perſequitur. Interius betulae, exterius cortici ſimaroubae ſimile dicitur. Exorditur Noſter hunc tractatum ab obſeruationibus, quae potiſſimum intermittentes febres ſpectant; dein ad quaedam tranſit experimenta, quae partim vim antiputridam in quaſſia et cortice Peruuiano concernunt et definiunt; partim quaſſiae naturam, analyſin, proprietates, agendique modum ſpectant.

Obſeruationes de effectu ligni quaſſiae bono p. 13.
in febribus intermittentibus, interdum ſat pertinacibus partim ab Ipſo Cl. Auctore, partim ab aliis ſunt collectae et hic communicatae: Cl. BLOMIVS iam retulit, in America contra febres intermittentes, vbi non raro corticis Peruuiani vſus irritus fuit, lignum hoc ad drachmam vnam in quacunque

*) v. comm. noſtr. Vol. hoc p. 321.

cunque forma exhibitum, egregii vſus fuiſſe **). Cl. BLOMII formula eſt haec: Rec. lign. quaſſ. raſ. dr. 1. aq. font. ebull. lib. 1. ſtent in digeſtione per horulam et infuſi detur vnc. 1. pro doſi. Tuto augetur doſis nimirum, ad triplum & quadruplum.

p. 13. Praemiſſis itaque obſeruationibus febrium intermittentium, in quibus quaſſia cum et ſine fructu eſt adhibita, et quae pernicioſae et pertinaces erant et varii generis, ſummam harum obſerua-
p. 75. tionum Noſter communicat. Quaſſia iuuat intermittentes febres vernales, quotidianas tertianas, quartanas duplices, vti hic ex hiſtoriis additis apparet. Reditus earum febrium quaſſia ſanatarum obſeruatur aeque ac poſt vſum corticis Peruuiani, quae continuato vſu quaſſiae iterum cedebant. Quae in reliquis anni temporibus occurrunt febres, nullo modo vſu quaſſiae potuerunt ſanari, non nullae mitigatae ſunt, nonnullae exacerbatae. Nec quidquam magna doſis, quae erat ſex drachmarum per diem, praeſtitit, neque alia medicamenta, vt amara, ſalia, purgantia emeticaque inter vſum quaſſiae adhibita, vim eius adiuuerunt.

Praeterea ex his obſeruationibus apparet, quaſſiam, quacunque forma, etiam in puluere ad tres drachmas vna vice datam, nec vnquam ventriculum grauaſſe, nec nauſeam vomitumque creaſſe, neque aluum duxiſſe, neque obſtruxiſſe, ſed ſine vllo caloris ſenſu atque alia vlla moleſtia vrinis ſudoribuſque ciendis ſeruiiſſe. Igitur quaſſia praeſtat cortici Peruuiano, qui tamen quoad vim febrifugam ſemper quaſſiae praeferri meretur, vti pariter ex hiſtoriis hic a Noſtro narratis elucet: nam

**) v. LINNAEI amoenit. acad. Vol. VI. p. 420. & comm. noſtr. ſecund. dec. Suppl. I. p. 23.

nam illae febres, quas quaſſia nequiuit fugare, cortice facile tollebantur.

Iam venimus ad alteram partem huius tracta- p. 77.
tus, vbi comparatur vis antiſeptica corticis et quaſſiae per tentamina extra corpus humanum diligenter facta. Sumſit ſcilicet duodecim vitrea vaſcula Noſter ea ipſa impleuit carne et ſolutionibus corticis et quaſſiae aquoſis et vinoſis atque mutationes quotidie obſeruatas et hic communicauit. Ex quibus apparebat, vim antiſepticam quaſſiae, ſi cum chinae chinae vi antiſeptica conferatur, longe eſſe minorem planeque languidiorem. Neque enim fermentationi officiebat, neque aceſcentiam cauebat, neque aciditatem ipſam liquoribus adimebat aut mutabat lignum Surinamenſe, nec aër fixus ex quaſſia per fermentationem eductus ad putredinem arcendam praeſtantior eſt aëre fixo chinae. Quae cum ita ſint, nunquam quaſſia cum cortice poteſt et debet comparari.

In tertia parte chemice et pharmaceutice diſ- p. 92.
quiritur quaſſia a Noſtro, adiuuante PAVLO NOCETTIO in arte chemica claro. Duplici vſi ſunt chemicae reſolutionis genere ad indolem quaſſiae deſiniendam, lentiorem putamus atque valentiorem. Idem hoc factum eſt in collectaneis Berolinenſibus *), quae autem poſtea ad manus Cl. Auctoris peruenerant. En experimentorum, cum multa ac- p. 98.
curatione inſtitutorum, ſummam: poſt duodecimam infuſionem aqua vix amplius amareſcebat. Terra erat ſemper poſt ſingulam infuſionem quamlibet ſubpinguis, luto ſimilis, cinerea: cum acidis liquoribus nequaquam efferuuit, nonnihil tamen, admota flamma, deflagrare viſa eſt, pondus huius terrae aequabat drachmam et viginti et vnum granum. Infuſio conſtabat nempe ex ſex

*) v. comm. noſtr. Vol. XX. p. 322.

vncijs quaſſiae et totidem libris aquae deſtillatae communis. Extracta inde parata ſingula erant ſubfuſca, valde amara, tenacia neque ad ignem flammeſcentia, exceptis duabus illis partibus, quae ex vndecima et duodecima infuſione comparatae ſunt cet.

p. 103. Poſtquam aquoſa frigida et ſpirituoſa infuſione, coctione et combuſtione cet. quaſſiae partes conſtitutiuae erant hic diſquiſitae, ſequentia deniuit Noſter: Quaſſiae ineſſe, terram, eamque triplicem, prima eſt *argilloſa*, ſecunda *calcarea*, tertia *martialis*, videtur Noſtro, etiamſi Cl. BEAUME contra Cl. Auctorem dicit. Praeter hanc terram, ſit ſimplex, ſit multiplex, continet quaſſia gummi non parcum, valde amarum, reſinam porro, magis amarum gummi, oleum eſſentiale, mucoſum glutem, aërem fixum, nec non peculiare ſalis genus, quod eſſentialis ſalis nomen meretur. Figura eius hexagona, ſapor amarus, frigoris ſenſus, quem, inquit Cl. Auctor, in lingua inducit et deflagratio nitroſam naturam indubie declarant. Alcalinae indolis eſt hoc ſal et videtur Noſtro marini ſalis quid in quaſſia latitare, quod raro nitrum, quo quaſſiam ſcatere vidit Noſter, a ſalis marini miſcela diſtinguitur. cet.

p. 117. Vltimo loco expendit Noſter quaſſiae proprietates, vires agendique rationem. Summa eſt leuitas, peculiaris amarities, non acris, non ingrata, ſed ventriculo amica, nullus ſtypticus ſapor, odor vero, etſi leuis, aromaticus ſermoque balſamicus. Vires eius pendent potiſſimum a gummi-reſinoſis et ſalinis partibus, quibus ſcatet, cum terra arctiſſime coniunctis, quarum ope leniter ſtimulat, incidit, abſtergit, aperit excretoneſque blande promouet. Ventriculi fibras ad periſtalticum motum allicit, amaritie et detergendi vi

vi bilis vices gerit; coctionem laesam iuuat et ventriculum roborat, sanguinem non exaestuat et hoc, Noster a nitro, quod inest quassiae, deriuat, eidemque crustae inflammatoriae resolutionem, quam quassiae tribuit LINNAEVS *), ac vrinae copiosum profluuium ab ea adscribit; putredini porro, corruptioni, gangraenae morbisque colliquatiuis prodesse potest quassia, aciditatem non arcet aut emendat, si vero aliquid boni praestat in eruditatibus acidis, id stomachicae et roboranti vi quassiae tribuendum Nostro videtur. Atque ita iuuabit quassia vel sola vel aliis remediis coniuncta hypochondriacos, hysstericas, arthriticos, et sudores nocturnos, diarrhoeas, febresque putridas coercebit. Febres intermittentes mitiores quassia, vi supra est dictum, propellit et earum reditum, quoniam ventriculi functiones et perspirationem egregie adiuuat, cauet. Potest quoque in iis febribus innoxie vsurpari, in quibus diathesis inflammatoria aut pulmonum morbi acuti corticis Peruuiani vsum reddunt suspectum.

XXI.

Noua physico medica.

Die 29. Decembr. 1776. celebrauit Academia Imperialis Scientiarum *Petropolitana* iubilaeum fundationis suae semiseculare **). Cuius quidem solemnitatis breuem tantum tradamus Lectoribus epitomen. Cl. I. A. EVLER Secretarius academiae orationem habuit de illius festiuitatis causa. Qua finita Director Academiae Cl. SERGEY

*) v. l. l.

**) *Nachrichten von dem Jubelfeste der Kayserlichen Academie der Wissenschaften. Vermischte Nachrichten von der Academie der Wissenschaften.*

GEY GERASSIMOWITSCH DOMASCHNEW, alium Ruſſico ſermone conceptam recitauit, *de officio Societatum eruditarum obſeruationes phyſicas cum caſibus philoſophiae moralis coniungendi.* Tum Cl. GULDENSTAEDT de iuribus quibuſdam cameralibus Ruſſiae in Gallica nempe lingua, diſſeruit. Praelegebantur poſtea elaborationes quaeſtionum pro terito anno ab Academia propoſitarum, de Sa*guificatione* *) nempe et *de diuerſitate ſonorum a tubis aequaliter amplis et in latere foramine inſtruct editorum* caet. Praemium de priori illa Exp. THOVENEL Monſpelienſi conceſſit, poſteriorem ver nondum ſatis explicitam pro anno 1778 denuo proponere placuit. His vero peractis, vt rei nauticae, maximeque patriae, conſuleret, problema ſequens in annum 1779. proponere ſtatuit: *Vt ſegerantur methodi et ſubſtantiae, ex qualicunque naturae regno, petitae illae ſint, diſpendio haud nimis magno parabiles, quae trabes quercinas aliarue navalibus deſtinatas, vel recentes, vel exſiccatas, ipſo temporis ſpatio totas penetrent atque condiant, ita vt a putredine ſolito diutius conſeruentur, neque tamen reddantur intractabiles vel magis igneſcentes, minoriue, quam antea, robore polleant.* Praemium erit centum nummorum aureorum Hollandicorum. Inuitati vero ſunt omnes viri docti, Sociis Academiae, Petropoli habitantibus, exceptis, vt de his quaeſtionibus, cogitata ſua atque obſeruata ante 1. Ianuarii cuiuſque anni ad Dn. IOAN. ALBERT. EVLER, tranſmitterent. Admonentur vero ii, qui hanc rem ſubire volunt, vt lingua Ruſſica, vel Latina, vel Germanica, vel Gallica, diſtincte, abſque nominibus ſuis, conſcribant. Poſtea Cl. RUMOWSKY *Sciagraphiam politicae et phyſicae Geographiae Ruſſiae* praelegit.

Socie-

*) v. comm. noſtr. Vol. XXI. p. 165.

Societas Regia Scientiarum *Hafnienſis* inter alias quaeſtiones a noſtro inſtituto alienas, hanc propoſuit, *quum minerae cobalti non raro alia metalla et mineralia contineant, quae elegantiam coerulei coloris in Smalto, encauſtis et porcellana infringunt, quaeritur methodus facilis, haec inquinamenta hinc ſeparandi.* Is, qui Societatis exſpectationi reſpondet, accipiet monetam auream C. thalerorum, Danicorum. Elaborationes Ill. HIELMSTIERNE vectigalibus ſolutis, mittantur, et quidem ante finem Auguſti menſis 1779. Iudicium Societatis menſe Octobri eiusdem anni declarabitur.

Academia Scientiarum et Artium elegantiorum *Berolinenſis* quaeſtionem ad annum 1777 propoſitam, 1778 repetitam et a nobis iam memoratam *) iterum iterumque communicat cum viris eruditis ac pollicetur duplex praemium. Exſpectabit commentarios ante diem 1. Ianuarii 1781.

Ill. ELLERI praemium, quod conſtat ſeptuaginta et quinque nummis aureis Hollandicis offertur ei, qui claſſificationem vegetabilium ſecundum differentiam radicum ita tradet, vt reſpiciat ad ſingulae claſſis culturam. Elaborationes Ianuario 1779 mittantur.

Regia *Gottingenſis* Scientiarum Societas proponit ad Iulium 1779 et optat, *curioſam deſcriptionem eorum inſectorum, quae plantas in caldariis et ſimetis (inprimis vbi cucumeres et melones ſunt plantatae) infeſtant et ea remedia, quae, illaeſa plantarum integritate arcent et tollunt.* Quae praeterea ſunt mittendarum elaborationum adhibendae cautiones, non multum ante retulimus.

Socie-

*) v. comm. noſtr. Vol. XXI. p. 344.

Societas Oeconomica *Amſtelodamenſis* d. 16. Sept. 1777. conuenit, vt praemia ſuper quaeſtione de *terrae emendatione ope cinerum lignoſorum* etc. ab ſe olim propoſita diſtribueret. Nulla vero vota ſuo prorſus ſatisfecit elaboratio. Exhibuit vero aliam quandam pro anno 1779. huius nempe tri noris. *Quaenam ſint ſigna tabis* (*ongars*) *ouium? quaenam huius morbi cauſae? et quomodo ipſae praecaueri atque ſanari poſſint?* Praemium erit mo neta aurea quinquaginta nummorum aureorum Hollandica. Commentationes vero ſolutis vectigalibus ad Cl. HIERONIMVM DE BOSCH, mittendae ſunt.

Academia Imperialis Regia Scientiarum et Bonarum Artium *Bruxellenſis* ad annum 1779. poſuit hanc quaeſtionem: *de modo apes in Belgio alendi optimo mercaturae et oeconomiae vtiliſſimo*. Moneta aurea viginti et quinque nummorum aureorum Hollandicorum optimo tractatui praemium eſt conſtitutum. Mittantur vero tractatus ſolutis impenſis ad Cl. DES ROCHES, qui Academiae perpetuo ab epiſtolis eſt.

Academia Electoralis Scientiarum *Mannheimenſis* die 17. Octobris 1777. conuenit, et ad annum 1779. propoſuit, *vt cauſae mortis ſubitaneae ſuorum animalium per obſeruata et experimenta inueſtigentur*. Reliqua in elaborandis ſcribendis et mittendis commentariis attendenda vide ſuperius *).

Societas artium *Vltraiectina* die 1. Decembris 1777, vbi conuenerat, hanc quaeſtionem proposuit, ante 1. Decembr. 1779. reſoluendam: *Eſtne cultus arborum, et quarum in et circa ar*

*) comm. noſtr. Vol. XXI. p. 540.

animum, ſanitati aëriſque puritati proficuus an noxius? Optima elaboratio viginti nummis aureis Hollandicis vel moneta aurea huius valoris honorabitur, ſunt vero Gallice, Belgice vel Latine ſcripta ſchediaſmata ad Cl. IOANNEM VAN HAAFTEN Societatis Secretarium mittenda.

Societas Imperialis Regia Agriculturae et Artium *Graecienſis*, patriae amore ducta, praemium quadraginta nummorum aureorum Hollandicorum tribuet ei, qui 1. Martii 1779. Germanica, Gallica, Latina, vel Italica lingua, *cultum ſyluarum optimum* tradiderit ita, vt 1) doceat quomodo varii generis ſyluae optime inſtruendae 2) quomodo conſeruandae et 3) quomodo vſurpandae; modus vero elaborationis erit, vt in prima parte experientiae habeatur ratio, in altera impedimenta propagationis arborum enumerentur, in tertia denique diuerſae arborum caedendarum methodi, varie applicandarum ratio enucleetur.

Academia Electoralis Scientiarum *Monachenſis* inter alias hanc propoſuit quaeſtionem: *Quaenam ſunt arſenici partes conſtituentes? quomodo agit in metalla et ſemimetalla? cur illud natura metallis admiſcuit? et confertne aliquid ad illa formanda, an deſtruenda?* Tractatus ad Cl. KENNEDY Secretarium ante finem Iulii 1779. ſunt mittendi.

Societas *Lipſica* Scientiarum Iablonouskiana, inter alia propoſuit: *vt lucis effectus ad vegetationem plantarum, per experimenta et obſeruationes determinentur, haeque obſeruationes culturae plantarum applicentur.* Tractatus Latine ſcripti ante vltimum Octobr. 1778. ad Cl. CLODIVM ſunt mittendi, praemium conſiſtit in moneta aurea viginti et quatuor nummorum aureorum Hollandicorum valore.

Facul-

Facultatis medicae *Lipſienſis* *) Aſſeſſores ſunt:

D. ANTONIVS GVILIELMVS PLAZ Ordinis Medici Decanus perpetuus, qui die 25 Septembr. 1778. Doctor ſemiſecularis eſt **) factus.

D. IOANNES CHRISTOPHORVS POHLIVS Senior

D. ERNESTVS GOTTLOB BOSE,

D. CAROLVS CHRISTIANVS KRAVSE,

D. IOANNES CAROLVS GEHLER,

D. IOANNES GOTTLOB HAASE,

D. ERNESTVS PLATTNER,

NATHANAELIS GODOFREDVS LESKE Philoſophiae Doctor, Hiſtoriae Naturalis Prof. Publ. Extraordinarius et Societatum Regiae Patriotic. Holmenſis, Phyſiographicae Lundenſis, Naturae Curioſorum Berolinenſis, Electoralis Oeconomicae Lipſienſis et Apiariae in Luſatia Superiori S. dalis, nominatus eſt Profeſſor Oeconomiae Public. Ordinarius *Lipſiae*. Adiit hoc munus programmate: *de agri noualis cultura et ratione pecudes ſtabulis paſcendi* et oratione: *de recta ratione ſcie tiae ruſticationis conſequendae*, die 25 Iul. 177 habita.

Cl. LODER, Profeſſionem Anatomiae Chir giae et artis obſtetriciae in Academia Ien accepit.

Cl. IO. CHRISTOPH. ANDR. MAYER Pr Anat. Berol. *Francofurtum ad Viadrum* petiit, profeſſionem medicinae ordinariam ſubiret.

Cl. IO. GODOFR. FALKENBERG, ſecund Anatomiae Profeſſionem *Berolini* ſuſcepit.

*) Vid. comm. noſtr. Vol. XIX. p. 155.

**) EIVSDEM Progr. inaug. Decanorum Facult Medicae Lipſicae ſeriem continuatam contin Lipſiae 1778. 4.

Cl. I. C. D. SCHREBERO, Consiliario Aulico, Professio Historiae Naturalis est tradita *Erlangae*.

Cl. GEORG. HENR. WEBER, Med. Doct. Professoris et Professoris Medicinae extraordinarii munera *Kiliae* accepit.

Cl. IO. ANTON DE SCOPOLI, qui adhuc professioni chemicae Schemnizienſi praefuit, die 1 Iulii 1777. Schemnizium reliquit, vt Professionem historiae naturalis Pauianam ſuſciperet.

Cl. SAMVEL RAETZIVS ad Professionem chirurgiae in noua Vniuerſitate literaria Budana est designatus.

Cl. DE LACHENAL Professioni botanicae *Basileae* est praefectus.

Cl. IOANNES DANIEL METZGER *Regiomonti* Professoris anatomiae, medicinae, et artis obstetriciae, in collegio medico assessoris et Poliatri Regiomontani munera accepit.

Cl. PHIL. FRID. THEOD. MECKEL Professio anatomiae *Halae* est demandata.

Cl. I. S. SCHROETERVS Diaconus Wismarienſis inter Academiae Imperialis Naturae Curioſorum Socios est receptus.

Academia Scientiarum *Pariſina* Cl. MARGRAFIVM Chemicum Berolinenſem, inter Sodales suos recepit.

Cll. Viri FOERSTERVS SPRENGLERVSque Halenſes, a Societate Naturae Curioſorum Germanenſi inter Socios ſunt recepti.

Coloniae ab vrbis Senatu collegium est fundatum, corporum diſſectioni, et faſciis applicandis deditum, quod 21 Nouembris 1777. est inauguratum.

Mortui ſunt:

Cl. PHILIBERT COMMERSON 1773. aetate 56.

Cl. PETRVS CRAMERVS *) *Amſtelodami.*

Cl. BORDEU *Pariſiis*, 1776.

Cl. ROUX Chemicus *Pariſiis*, Iulio 1776. ve-poribus lethalibus butyri antimonii.

Cl. IO. HENR. BRANDAV Chirurg. Profeſſor, *Caſſellis*, 14 Octobr. 1776.

Cl. ANTON. DE CAPDEVILA, *Valentiae Conteſtanorum* Nouembri 1776.

Cl. ANTON. VALLISNIERI *Patauii* 15 Ianuarii 1777.

Cl. IO. ERNESTVS NEVBAVERVS *Ienae* 29. Ianuarii 1777. aetate 35, phthiſi pulmonali.

Cl. ROBERTVS DOSSIE *Londini* 20. Februarii 1777.

Cl. DAN. GOTTF. SCHREBER Prof. Oecon. *Lipſiae* 28. Martii 1777. aetate 69.

Cl. I. H. POTT *Berolini* 29 Martii 1777. aetate 85 maraſmo ſenili.

Cl. KLEVENFELD, *Hafniae* menſe Aprili 1777. aetate 77.

Cl. DAN. CHRISTIAN. BVRDACH, Med. Doct. *Lipſiae* 4. Iunii 1777. aetate 37.

Cl. CHRIST. HENR. HAENEL, *Dresdae* 16. Iunii 1777. aetate 61, apoplexia.

Cl. IO. CHRIST. POLYC. ERXLEBEN, *Gottingae* 18. Aug. 1777. aetate 37. febre lenta.

Cl. IO. ANDR. DE SEGNER *Halae*, 5. Octobr. 1777. aetate 73.

Cl. BERNARD. DE IUSSIEU *Pariſiis*, 6. Nov. 1777. aetate 79.

Cl. IO. ANDR. CRAMER, in regione *Dreſdenſi* 6 Decembr. 1777. aetate 67.

Cl. ALB. DE HALLER, *Bernae* 12. Dec. 1777. aetate 69.

Cl. CAR. A LINNÉ *Vpſaliae* d. 10. Ianuari 1778. aetate 70.

Cl. IO-

*) Vid. comm. noſtr. Vol. XXI. p. 204.

Cl. CAROL. DE GEER, *Holmiae* 7. Martii 1778. aetate 59. annorum.

Cl. IONAS KIRNANDER Archiater Regius, *Hafniae* 30 Mart. 1778 aetate 56. annorum.

Cl. MYZELIVS *Berolini* 14 April. 1778. aetate 29. annorum.

Cl. IOS. THADDAEVS KLINKOSCH, *Pragae* menſe Aprili 1778. aetate 43.

Cl. IO. FRIDR. ZÜCKERT, *Berolini* 1. Maji 1778. aetate 41.

Cl. FRIDR. BERNH. ALBINVS, *Lugduni Batauorum* 23 Maji 1778. aetate 53.

Cl. FRIDR. HENR. GVIL. MARTINI, *Berolini* 27. Iunii 1778. aetate 49.

Cl. C. G. WAGLER, *Brunsvici* 20. Iulii. 1778.

Cl. IOAN. IAC. HVBER, *Caſſellis* Iulio 1778. annis 71.

XXII.

Continuatio indicis phyſico medicorum ſcriptorum, quae anno 1774 prodierunt.

Auserleſene Abhandlungen practiſchen und chirurgiſchen Inhalts aus den philoſophiſchen Tranſactionen und Sammlungen der Iahre 1699 *bis* 1720. *geſammlet und überſetzt von* NATHANAEL GOTTFRIED LESKE. *Erſter Theil. Lübeck und Leipzig.* 8. (Indicauimus quidem breuiter hoc inſtitutum in comm. noſtr. Vol. XIX. p. 552, attamen liceat hic huius rationem paulo amplius cum Lectoribus communicare. Coepit Cl. LESKE a primis harum Transactionum voluminibus et vtiliter vſus eſt contractis philoſophicis Transactionibus *The philoſophical Tranſactions from the year* 1699 *to the year* 1720 *abridg'd and diſpos'd under ge-*

neral Heads. By HENRY IONES *Ed. III.* Lond. 1749. 4, quas cum genuina editione Tranſactionum accurate comparauit. Secutus quoque eſt Cl. LESKE ordinem Cl. IONES ita tamen, vt obſervationes ſuo loco inſereret et ſimiles conjungeret. Quae cum ita ſint, reperiuntur hic primum morbi cutis, dein capitis, colli, thoracis, abdominis ibidemque contentorum viscerum, poſtea morbi vniuerſales et denique oſſium. Vbique translator breuitati ſtuduit, ita tamen, vt ne noceret rerum perſpicuitati. Et haec ipſa breuitas non ſolum cernitur in rebus omiſſis, quae ad notionem, cognitionem et medelam morbi nihil faciunt, ſed in iis etiam obſeruationibus prorſus neglectis, quae plane nihil conferunt ad medicinam et chirurgiam illuſtrandam, ſiue quae confuſionem plus efficiunt, quam vtilitatem, inprimis innioribus medicis. Pariter omiſit Noſter morbos animalium. Interdum Cl. LESKE eas hypotheſes, quae vigentibus illis Auctoribus valebant, per recentiorum autem tentamina refutatae ſunt, inſeruit quidem in favorem hiſtoriae medicinae, attamen inſimul laudauit Auctorem, qui recte rem docuit. Praeterea ſedulo contulit loca laudata, eaque, quae nimis mutilata mancaque erant, maluit prorſus negligere. Tabulae aeneae additae quoque ſelectum produnt. Terminos technicos ſecundum HALLERVM, LVDWIGIVM, BOEHMERVM cet. quantum fieri potuit Germanicos reddidit. Quod ſi vero aptum inueniri nequibat nomen, aliquod elegit, addito tamen termino technico. Pondera Anglica medica comparauit cum noſtris, adiecto pariter Anglico nomine. Alia vero negotia impediuerunt Cl. LESKE, quo minus continuaret hoc vtiliter coeptum opus Ipſe, cuius

cuius tamen continuatio ab alio viro docto cum plausu vulgatur. Ea autem, quae naturalem spectant historiam, edet Cl. LESKE, vti pollicetur et nos supra laudato loco promisimus.

Reflection on the general treatement and cure of fevers. London 8. maj.

Examen historique sur l'apparition de la maladie vénérienne en Europe et sur la nature de cette epidemie. à Lisbon. 8. (*Est versio Gallica libri, olim Anglica lingua primum vulgati.*)

La philosophie des vapeurs, ou lettres raisonnées d'une iolie femme sur l'usage des symptomes vaporeux. à Lausanne 8. (*Satyra in praesentem methodum medendi morbis inprimis nervosis*).

Sammlung merkwürdiger Erfahrungen, die den Werth und großen Nutzen der Pocken Inoculation näher bestimmen können. Lübeck 8.

Fortsetzung von der erleichterten und den Müttern selbst übertragenen Blatterimpfung. Riga 8.

Observationes de vteri constrictione v. AZZOGNIDI.

The young surgeons dictionary or pupil's instructor. Lond. 8. (s. a.)

A vindication of the forceps described and recommended by Dr. LEAKE; in which the injudicious and illiberal remarks on that subject, signed THOMAS DENHAM are examined and refuted. By a late pupil of Dr. LEAKE'S. ib. 4. (*De hac forcipe iam egimus supra p.* 79.)

Der Schlesische Arzt oder Betrachtungen über verschiedene Gegenstände der Arzneykunde, besonders der Diät. Breßlau 8.

Arzneygen wider physicalische, ökonomische und diätetische Vorurtheile. Heilbronn. 8. (Auctore Cl. WEBERO.

Medicinisch und chirurgisches Handbuch für angehende Wundärzte und andre Liebhaber der Arzneywissenschaft.

ſenſchaft. Aus dem Engliſchen. Francfort. u. Leipzig. 8. (Secunda et emendata editio.)

Number II. (to te continued the firſt of every month of the medical magazine; or general repoſitory of practical phyſic and ſurgery for January 1774. Calculated for the aid and aſſiſtence of the phyſician, the ſurgeon, the apothecary, the chemiſt etc. By a ſociety of Gentlemen. Lond. 8.

Detail des ſuccès de l'etabliſſement que la ville de Paris a fait en faveur des perſonnes noyées etc. (*vid. hunc librum cum ſupplemento primo comm. noſtr. Vol. XXI. p.* 129.)

Diarii medici naualis in expeditione Algerienſi conſcripti Annus Imus. Auctore URBAN BRUN AASKOW M. D. et Claſſ. Reg. Dan. Medic Hiſt. (*Opus omni attentione dignum, quod proxime indicabimus*).

IO. ABBATIE diſſ. de corpore cribroſo HIPPOCRATIS ſeu de textu mucoſo BORDEVII. Monſpelii, 4. (*Varias meditationes ſuper contextu mucoſo ſeu organo cellulari a Cl.* DE BORDEV *traditas*, comm. noſtr. Vol. XVI. p. 607 ſqq).

FRANC. ALIX obſeruata chirurgica Faſc. I. v. comm. noſtr. Vol. XXI. p. 254.

* * ALIX diſſ. de quaeſtionibus medico legalibus ex chirurgia declarandis. Erford. 4.

AUBENTON v. D'AUBENTON.

Hiſtoire des plantes de la Guyanne Francoiſe rangées ſuivant la méthode ſexuelle. Par M. VOSS AUBLET à Paris 4. c. f.

Obſervationes ad vteri conſtructionem pertinentes. Auctore GERMAIN. AZZOGNIDI. Bonon. 4.

Die wohlunterrichtete Landwirthin oder Anfangsgründe zur Erlernung einer klugen und verständigen Haus- und Landwirthſchafft zum beſten des weiblichen

weiblichen Geschlechts gesammlet. *Aus den Französischen des Herrn* L. R. V. B. *in das Deutsche übersetzt. Neue um die Hälfte vermehrte und mit vielen Zusätzen verbesserte Auflage.* Nürnberg. 8.

ERNST GOTTFRIED BALDINGER *von den Krankheiten einer Armee, aus eignen Wahrnehmungen im Preußischen Feldzuge aufgezeichnet. Langensalza*, 8. (editio altera, emendata, primam v. Comm. nostr. dec. IIdae suppl. I. p. 169).

EIVSD. diss. inaug. de morbis dissimulatis, Resp. *Hieron. Alex. de Marckphaill.* Götting. 4.

Eiusd. progr. de optima medicamentorum mixtione ib. 4.

P. I. BARTHEZ nova doctrina de functionibus naturae humanae. Monspel. 4.

Elémens de pharmacie theorique et pratique. Par M. BAUBRE. à Paris 8.

CAR. IOS. BAUER diss. inaug. sistens casum practicum de pleuroperipneumonia cum animaduersionibus. Ingolstad. 4.

BAUME *Handbuch der Scheidekunst, aus dem Französischen übersetzt von* F. X. WASSERBERG, *Wien.* 8.

I. W. BAVMERS *Naturgeschichte aller Edelsteine, wie auch der Erden und Steine, so bisher zur Arzney sind gebraucht worden. Aus dem Lateinischen übersetzt von* CARL *Freyherrn und Reichsrittern* VON MEDINGER, *Wien* 8 *mai.* (Latinum titulum v. in Comm. nostr. Vol. XIX. p. 554. Animaduersiones et obseruationes mineralogicae additae sunt bonae).

EIVSD. diss. inaug. de veris tympanitae caussis ac rationali curatione, Resp. *I. Eberz.* Giessae. 4.

Oeconomisch-physikalische Abhandlung über die Bienenpflege, besonders im Thüringischen, von weiland

D. I. W. BAUMER *aus dem Lateiniſchen überſetzt, mit gemeinnützlichen Anmerkungen und einem Anhange begleitet von einigen Gliedern der Fränkiſchen Bienengeſellſchaft, herausgegeben von J. L. EYRICH, Pfarrer in Anſpach.* Anſpach 8. (C. BAVMER ſcripſit anno 1770. diſſertationem *de apum cultura, cumprimis in Thuringia.* Hanc itaque Germanice cum variis additamentis hic traditur.)

IO. BECKMANN *phyſicaliſche oekonomiſche Bibliothek. Fünfter Band. Göttingen.* 8.

DE BELLETE diſſ. inaug. ſiſtens ligaturae polypporum vteri inſtituendae nouam methodum antoponendam. Reſp. *I. M. de Fraſne.* Pariſ. 4.

GEORG. RVDOLPH BENTSCHNEIDER diſſ. de ruminatione humana. Götting. 4.

I. H. BERNS diſſ. inaug. de ſitu fetus ad partum naturalem. Duisb. 4.

Traite de myologie. Par Mr. BERTIN. à Paris. 12.

Dictionaire raiſonné univerſel de matière médicale, concernant les végétaux, les animaux et les mineraux, qui ſont d'uſage en médécine, leurs deſcriptions, leurs analyſes, leurs vertus et leurs propriétés par feu Mr. DE LA BEYRIE et mis en ordre par M. GOULIN. à Paris. 8.

M. E. BLOCHS *mediciniſche Bemerkungen nebſt einer Abhandlung vom Pyrmonter Augenbrunnen. Berlin.* 8.

Lehrbuch der Landwirthſchaft in vier Theilen von JOHANN AVGVST FRIEDRICH BLOCK. *Leipzig.* 8.

PHILIP. ADOLPH. BOEHMER diſſ. inaug. de curatione febrium intermittentium ex aſſumenta infida et nocius, Reſp. *Fr. Carol. Lindenberg.* Hal. 4.

Inſtitu-

Institutiones medicae in vsus annuae exercitationis domesticae, digestae ab HERMAN. BOERRHAAVE. Editio correcta noua et emendata. Edimb. 8.

J. E. H. BOERNERS *Sammlungen aus der Naturgeschichte, Oekonomie, Polizey, Kameral- und Finanzwissenschaft. Erster Theil mit Kupfern. Dresden.* 8. (Cl. Auctor partim hic collegit tractatus Latinos, Francogallicos et Italicos aliorum Auctorum, et transtulit in linguam Germanicam, partim suas quasdam obseruationes tradidit.)

CARL BONNETS *wie auch einiger andern berühmten Naturforscher auserlesene Abhandlungen aus der Insektologie. Aus dem Französischen übersetzt und mit einigen Zusätzen herausgegeben von* IO. AVG. EPHRAIM GÖTZE. *Halle.* 8 *mai. m. K.*

Traite de médécine theorique et pratique extrait des ouvrages de Mr. BORDEU avec des remarques critiques par Mr. MINVIELLE, Doct. en Médécine de la Faculté de Montpellier. à Paris. 12.

FRID. GOTTLOB BOSE diss. de morbis mentis delicta excusantibus Resp. *C. G. Deutrich.* Lips. 4.

REVED. progr. inaug. de diagnosi veneni ingesti et sponte in corpore geniti. ib. 4.

DAMIAN FRID. BOST diss. inaug. sistens historiam asthmatis. Erford. 4.

J. L. BRINCKMANN *Beyträge zu einer neuen Theorie der Gährungen. Düsseldorf, Cleve und Leipzig.* 8.

GOTTLIER FRIDRICH BRODHAG de morbis recurrentibus generatim, occasione scabiei venereae, per circuitus redeuntis. Hal. 4.

WILH. BROMFIELDS *chirurgische Wahrnehmungen. Leipzig.* 8. v. comm. nostr. Vol. XX. p. 405 sqq. Ibidem non solum Cl. BROMFIELDII librum re-

censuimus. sed et versionis Germanicae aliquorundam aliorum librorum contra eum scriptorum mentionem fecimus.)

PETER IOSEPH BVCHOZ *Sammlung auserlesener Briefe zur Erhaltung der Gesundheit und [illegible] den Bau und die Erziehung der Gewächse [illegible] kurzer Zeit zu bereichern. Aus dem Französischen übersetzt. Dritter Theil.* Nürnberg. 8. (v. comm. nostr. Decad. IIdae suppl. IV. p. 673. Reliquos tomos ibidem p. 160 et 470 sqq.)

Dictionnaire vétérinaire & des animaux domestiques, contenant leurs moeurs, leurs caractères, leurs descriptions anatomiques, la manière de les nourrir, de les élever & de les gouverner, les alimens, qui leur sont propres, les maladies, aux quels ils sont sujets & leurs propriétés tant pour la médécine & la nourriture de l'homme, que pour tous les différens usages de la Societé ciuile, auquel on a joint une Faune [illegible] lica. Par Mr. BUCHOZ à Paris 8. Tom. IV. (*Primus tomus prodiit* 1770, *alter* 1771, [illegible] 1773. *Est opus compilatum et potissimum* [illegible] GELAT, VITET, LAFOSSE, BVFFON & [illegible] RE *scripta illud effecerunt. Praeterea* [illegible] *tae sunt tabulae aeneae magni* CLAVDII [illegible] SARD, *qui eas* 1767 *sculpsit, et quae seorsim* [illegible] *que venduntur.* Repraesentatur hic L. [illegible] cus Gambiensis, anas domestica mas et [illegible] equi et canis quaedam varietates. II. Phasianus gallus vterque sexus, et aliae varietates; Meleagris mas et femina; felis domestica, Angorensis, tigrina, Hispanica. III. Ouis varietates. IV. Anas lus, anseris et columbae varietates.

Première centurie des planches enluminées et non enluminées representant au naturel ce qui se trouve de plus interessant & de plus curieux p[illegible]

les animaux, les végétaux & les minéraux, pour ſervir d'intelligence à l'hiſtoire générale de trois régnes de la nature par Mr. BVCHOZ. Dec. I. regne animal. à Paris. fol. mai.

BVERSINK diſſ. de hemicrania. Duisb. 4.

Kurze Anweiſung, wie ein Lehrling der Wundarzneykunſt ſich in der Anatomie und Chirurgie die vornehmſten Anfangsgründe bekannt machen kann von IO. AVGVST BÜTEFISCH, *Wundarzt in Braunſchweig. Braunſchweig.* 8.

CHRH. GOTTL. BÜTTNER *ſechs chirurgiſche Wahrnehmungen* v. comm. noſtr. Vol. XX. p. 301.

Traité de minéraux par Mr. de BVFFON Tom. I. à Paris. 4.

BVFF. Oeuvres complettes. Tom. I. et II. ib. 4. (*Noua editio Hiſtoriae muſaei Regii*).

BVFF. Oeuvres complettes. ib. 12. (*cum ſupplemento, in quo tractantur mineralia.*)

BVFF. *allgemeine Naturgeſchichte. 6ter Theil. Berlin.* 8. *mai.* (Gallicum librum v. comm. noſtr. Vol. VII. p. 3.)

THEODORICI PETRI CAELS, Medic. Licentiati, de Belgii plantis qualitate quadam hominibus caeterisue animalibus nociua ſeu venenata praeditis, ſymptomatibus ab earum vſu productis, nec non antidotis adhibendis diſſertatio, cui Caeſarea ac Regia ſcientiarum et litterarum Academia, quae floret Bruxellis, palmam detulit anno 1773. Bruxellis. 4. mai. (*Quaeſtionis huius iam in nouis phyſico medicis mentionem fecimus.* vid. comm. noſtr. Vol. XIX. p. 364. *Inter acria venena reperimus hic rubiam tinctorum, quoniam aues, cum ea, ad oſſa tingenda, nimis diu nutritae, pereunt. Dein narcotica, viſcoſa, oleoſa, alcalina plantarum ſalia et varii vapores venenati a Cl.* CAELS

hic

hic tractantur cum suis effectibus et antidotis. Praeterea ad historiam huius Academiae, quam vos laudato et aliis v. Vol. XVIII. p. 716. tradidimus pertinet id, quod Eadem *quaestiones praemiis decoratas simul quotannis vulgat ita inscripto* mémoires sur les questions proposées par l'Académie Imperiale et Royale des sciences & belles lettres de Bruxelles, qui ont remporté le prix. *Potest tamen singula tractatio seorsim quoque haberi.*)

Traité de bêtes à laine, ou méthode d' élever & de gouverner les Troupeaux aux Champs & à la Bergerie. Par Mr. CARLIER. à Paris in 12. Voll. 2.

Avantages de l' inoculation avec la meilleure méthode de l' administrer. Par Mr. CAMPER. à Toulouse & à Paris. 8. (PETRVS CAMPERVS *Academia Regia Scientiarum Tolosana praemium accepit.* v. comm. nostr. Vol. XVIII. p. 357. et 537. *Vide et ibidem p. 59. Eius annotationes super notiolis Belgica lingua traditas.*)

EIVSD. diss. de emolumentis et optima methodo insitionis variolarum. Accedunt EIVSDEM epistolae de emolumentis sectionis synchondroseos ossium pubis in partu difficili cet. Groning. 8.

Nouveau plan d' education pour former des hommes instruits & des citoyens utiles, auquel on a joint une definition sur l' etude des langues qu'on doit y admettre. Par Mr. CHARPENTIER. à Paris. 8.

Traité théoretique & pratique des maladies inflammatoires. Par M. I. F. CARRERE. ib. 12.

I. F. CARTHEVSER dissertationes physico-chemico-medicae, annis nuperis de quibusdam materiae medicae subiectis exaratae ac publice habitae, nunc iterum recusae. Francof. ad Viadr. 8.

(Differ-

(Dissertationes in hoc libello contentae sunt? 1. De Radice Mungo. 2. De Opobalsamo. 3. De Millepedibus. 4. De Calycibus aromaticis florum cassiae Zeylanicae. 5. De Radice Colomba).

Manuel anti-siphyllitique, ou essai sur les maladies vénériennes, avec un préservatif de ces maladies Par Mr. DE CEZAN. à Londres et à Paris. 12.

M. I. COHEN *theoretische und praktische Abhandlung von Stein und den Arzneymitteln dagegen. Aus dem Französischen übersetzt mit einer Vorrede, Anmerkungen und einem Anhange, worinnen von einem doppelten männlichen Glied eines Menschen Nachricht gegeben wird. Vermehrt und herausgegeben von* I. L. NIEMAN. 8.

Osservazioni microscopiche sulla tremella e sulla circulazione del fluido in una pianta acquainola dell' Abbate BONAVENTURA CORTI. Lucca. 8. (*Ad animale regnum Tremellam pertinere putat Auctor*)

Essai sur l' amelioration de l' agriculture dans les pays monteux & en particulier dans la Savoie avec des recherches sur les principes & les moyens propres à y augmenter la population, la vivification & le bien être des peuples. Par Mr. COSTA.

ESSAI sur les moyens d' ameliorer la salubrité du seiour de Nancy. Mémoire couronnée de l'Academie Royale de sciences arts & belles lettres de Lorraine. à Nancy. 8. (*Doctrinam atmosphaerae physico medicam, loci rationem, emendationes rerum sanitati infestarum, causas, quae ad spurias peripneumonias et pleurefias, apoplexias lymphaticas, febres biliosas putridas, rheumatismos, oedema, asthma, hydropisiamque, morbos hic fere endemios, disponunt, eorumque remedia continet hic liber.*)

DOM.

DOM. COTVNNI de aquae ductibus auris v. comm. noſtr. Vol. XX. p. 538. Reperitur haec quoque diſſertatio in Cl. SANDIFORTII Thesaur. diſſertationum v. comm. noſtr. decad. II. adsupl. IV. p. 733.

Some thoughts on the nature of fevers By JOHN CURRY Lond. 8.

Voyage faits par les navigateurs Espagnols & Hollandois dans la mer du Sud traduits de l'Anglois de DALRYMPLE. Par Mr. DE FRÉVILLE. Paris. 8.

D'AVBENTON planches d' hiſtoire naturelle. vid. comm. noſtr. Vol. XXI. p. 11.

DAWSON's caſes in the acute rheumatism and the gout. v. ib. p. 594. editionem alteram.

Deſcription méthodique d'une collection des minéraux. Par Mr. DELISLE. à Paris. 8. (*Deſcriptiones breues ſunt, attamen ſatis bonae*).

Nachricht von den Geſundbrunnen bey Sichersreuth ohnweit Wonſiedel. Nebſt einer Anzeige der Brandenburgiſchen Geſundbrunnen und Bäder in Franken von D. HEINRICH FRIEDRICH DELIUS. *Baireuth.* 8.

IO. DICKS *vollſtändige Gartenkunſt, worinnen die bewährteſten Methoden, alle Arten von Bäumen, Gewächſen und Blumen nach alphabetiſcher Ordnung beſchrieben, zu ziehen, nebſt ausführlichen Regeln für die Gartenarbeiter überhaupt enthalten ſind, nach dem Engliſchen herausgegeben von D.* IOH. ERNST ZEIHER. *Leipzig* 8 *mai.*

Reliqua proxime.

Conte

Contenta in hac parte.

I. Noua acta Regiae Societatis Scientiarum Vpſalienſis Vol. II. p. 387

II. POERNER *Verſuche zum Nutzen der Faerbekunſt I. II. III. Theil* 401

III. GMELIN *von giftigen Gewächſen in Deutſchland* 422

IV. EIVSDEM *allgemeine Geſchichte der Gifte Iſter Theil* 427

V. EIVSDEM *allgemeine Geſchichte der Pflanzengifte* 435

VI. EIVSDEM *allgemeine Geſchichte der mineraliſchen Gifte* 443

VII. BERGMANN diſſ. de arſenico 446

VIII. MARX *von den Kräften der Eicheln* 450

IX. SPIELMANN ſyllabus medicamentorum 451

X. NICOLAI *Pathologie 4ter Band* 452

XI. METZGER Aduerſaria medica 455

XII. SANDIFORT obſeruationes anatomico pathologicae 462

XIII. WHITERS obſ. on the abuſe of Medecine 471

XIV. Iournal de médécine chirurgie cet. Par ROVX Tom. XLI et XLII. 476

XV. FORSKÅL deſcriptiones animalium cet. 503

XVI. EIVSDEM Flora Aegyptiaco Arabica ib.

XVII.

XVII. EIVSDEM icones rerum naturalium

XVIII. Acta Heluetica Vol. VIII.

XIX. VOLTELEN hiſtoria ſeptennis apoſtiſ

XX. SEVERINVS de viribus quaſſiae

XXI. Noua phyſico medica

XXII. Continuatio indicis phyſico medicorum ſcriptorum, quae anno 1774 prodierunt.